
DE INCONSIDE-RATO ACIDVLA-rum usu

Dissertatio Medica

IOHANNIS LVDOVICI MOEG-LINGI, HEYDELBERGEN-sis: Medicinæ Doctoris, & Bonarum Artium Professoris in Academia Tubingensi:

OPPOSITA ILLIS;


QVI EVM OMNIBVS INDIFFERENTER, ET quidem etiam frigidum, magnâ item copiâ, primô diluculô, contedere non dubitant.



TVBINGÆ,
Typis Theodorici Werlini, Impensis Iohannis Berneri,
ANNO MDC XV.

Galenus lib. 8. de compoſ.
med.local.cap.4

Impoßibile eſt invenire medicamentum unum ad multas affectiones optimum.




CELEBRI, ET

Eximio Viro,

Dn. JOHANN: FABRI, MEDICÆ ARTIS DOCTORI ET

Professori, inclytæ Tubingæ perquam insigni.

S. P.



Vemadmodum fieri in vita humana solet, præstantissime Domine Præceptor, & Compater, ut alii subinde alta despiciant, alii ima attollant, plerique ignotis animum adjiciant, minimis haut sufficiant: ita fit potissimum in Medicina, Artium omnium præstantissima, Hippocratis testi-

monio, ut, cui Ethnici Sapientiores veritate victi fidem adhibuerunt, Nostrates, quid nostrates? quin gentilitiæ superstitionis primarii sæpè alumni; gravissima scommata cudant, convitiaq; evomant, etiamsi eiusdem verilogiis carere nequaquam possint.

Non Ego jam dicam de aliis, maximis à viris maximo opere dudum tractatis; ad pauca duntaxat accedam nunc mihi proposita. Immenso è penu Bonitatis, acidulas Altissimus dedit, præclara sanitatis recuperandæ augendæve præsidia. Dedit & intellectum certis hominibus, qui earundem causas, generationes, & usus, modosq; utendi, præ aliis, apprimè callerent.

Et hi mirabilis ἐπλαμψεως *suæ submissi æquiq; æstimatores & usurpatores (quando nec omnes omnia possumus; nec pluribus unici semper incumbere; nec nostris, ut decet, satisfacere) anxio & religioso discrimine, subindè, quæ aquæ, quibus hominibus, & quo modo conveniant; accuratissimè quidem tradunt: at sæpè scopum non rectè attendunt, nedum optatum finem assequuntur.*

His igitur audaces & frivoli quidam capitones, quibus præstolida cordis sublimitate,

tate,

tate, & rationum laborumq́ contemptu, vel functio sua vilescit, vel sors haut par est, vel auri sacra fames cuniculos egit, vel pondus rerum & judicium in lubrico situm, aculeos exertos statim obvertunt, nunc supra modum extollentes acidulas, nunc infimo loco eas collocantes, modò ut stultitiam suam probis patefaciant.

Quid enim nominem, nisi stultitiam? fortassis rectius, insaniam? vin' etiam improbitatem? de rebus neutiquam aut non ritè perceptis, cum aliorum irreparabili damno non modò judicare velle, sed etiam cantiones & acclamationes instituere.

Ignoscam tamen illis aliquantulum, (quanquam veniâ digni non sint) & id perversæ multitudinis vitiô incorrigibile, deplorabo potiùs, quàm reprehendam; quòd medici, interdum etiam non indocti, lucri caussâ, vel indifferenter suadent Acidulas, vel vanâ fiduciâ, tantam copiam aquæ frigidæ diluculo epotandam præbent, quantam vix boves duo per æsophagum diductum transmitterent.

Quod cùm non modò à veris Medicinæ dogmatis alienum; sed etiam sanitati homi-

num nobilissimæ detrimentosum, consiliisq; cuiusq; privatis valdè captiosum & malum sit: operæprecium me facturum existimo, si confirmatioris & securioris animi gratiâ, aliqua in eam rem argumenta publicò Artificum examini modestè subiiciam.

Nolo enim hic subticere, jam aliquoties à nonnullis notissimis Medicis consilia mea ita eo nomine reprobata fuisse ut nisi multas rationes fortiter militantes in contrarium habuissem, subitò cũ consiliis animũ mutassem.

Huius igitur rei primùm testem te invoco, Clarissime & Excellentissime Vir, Domine Compater Spectatissime, quâ fidem, locupletissimum; quâ doctrinam, eminentissimum; quâ autoritatem, amplissimum

Tuæ enim Excellentiæ de querelis super hac re privatim habitis cumprimis constat: Et, quòd simul discendi, non prorsus contradicendi studio hocce negocii, quicquid sit, & quàm parvi precii, nunc susceperim.

Deindè etiam, si forsan erroris falsò insimuler: vel opinionis falsæ jure convincar; Immaculatæ veritatis patronum insignem; admissæ culpæ monitorem apertum habeam, eumq; medicum, nec vulgarem.

Omissâ

Omissâ enim nunc largiore cæterarum virtutum tuarum recitatione, quæ magnis viris semper suspecta est; Iudicium tuum in Medicina profundum; Religio gravis & constans, palàm est omnibus.

Majoribus igitur antehac à T. Excell. affectus beneficiis, quin alacri animo serenoque vultu locum petitioni datura, meq; posthac etiam pristino favore amplexatura sit, minimè dubito.

Deus te nobis, nostræq; Arti sospitem & salvum diu conservet. Scriptum Tubingæ, quinto Id. Iunii, Anni, reparatæ libertatis Christianæ. M. D C. X V.

T. Excellentiæ

Commendatiss.

Johannes Ludovicus Mœgling, D. & P.

PRoſilientes è terra aquas acidulas, mirabilia illa Omnipotentis & præbenigni Largitoris dona, medicamenta eſſe, non alimenta, & quidem præſtantiſſima, nemo, niſi rerum medicarum ſcientia planè deſtitutus, negare poteſt. Quin id multorum doctiſſimorum virorum Scripta elegantiſſima; nec non paucorum ægrotantium inexplebile deſiderium & ſaluber uſus; ipſaq; ratio & experientia, à pecoribus, quæ has ne deguſtant quidem ſicut aquas ſimplices alias, deſumpta, ſatis nobis perſuadent.

In tota autem medicamentorum utili & pernecesſaria diſquiſitione (nec enim ulla eorum, etiam probatorum, Altiſſimi nutu, inopia: atque ſingulis morbis ſuum certò remedium, nobis duntaxat ſæpè ignorantibus) meritò maximum ſemper eſt habitum, quo modo, quove pondere, menſura, vel numero, tempore item, eádem, cuiq; homini individuo, ritè & convenienter præſcriberentur. *Gal. 3. temp. 7.*

Neque verò fruſtrà. In eo etenim ſolo, cumprimis, hac ex parte, induſtria medici prudentis verſatur & periclitatur, qui vel naturâ, vel caſu, vel fortunâ, vel conſiliô, vel ſomniô animalium brutorum rationaliumúe adapertas & exploratas jam innumerorum vires, cum commodo, non diſ-

pendio valetudinis, adæquatè adhibeat. Quantitate siquidem virium, & mole in qua maior justo potestas, non qualitate, medicamina considerate usurpata nocent, *Gal.2.aph.30.text.5.*

Et ut in universa Medicina difficile sit judicium; assertore *Hipp.1.aphorism.1.* seorsim tamen in definiendis & determinandis medelarum dosibus valdè anceps est & arduum, adeoque artificiosâ conjecturâ nos contentos esse oportet, *Gal.libr.de venæ sect.Et* 1. *ad Glauc.* 1. expectatô postea eventu conformi crebriore: nec ultrà, quàm solertia humana se protendit, progredi licet. 1.*meth.med.*3. ita subinde curando, ut nihil efficientes nemini noceamus.1.*compos.med. local.*1.

Neque propterea conjecturalis, incerta, & fortuita sit hæc medendi ratio. Secùs Artis diminissimæ verissima fundamenta prorsus exspirarent; nulla in his methodo opus esset; ubivis aniculæ, bajuli, operarii, felicissimè medicinam facerent; frustraque tot ingeniosissimi viri lucubrationibus suis laboriosissimis in somnes noctes ducerent; sed ut in aliis plerisque rebus contingentibus, tùm ob materiæ subjectæ & objectæ indeque natarum circumstantiarum instabilitatem & variationem, tùm mentis humanæ & naturâ & instrumentorum maledi-

ctione obtusæ inæqualem applicationem, plerunque minor est ἀκρίβεια: ita potissimum in Medicina, arte longissima latissimaque.

At nihilominus eò exquisitiore discretione uti necessum est, quò maior omnium perplexitas, quam quotusquisque vulgarium, citra palpabilem mortalium noxam, dirimere minimè quit. Quandoquidem rerum ratione etiam non conquisitarum docta ars est atque adhibitio, ut docet Galenus.2.meth.2. Et Hippocrates, ipso Artis quasi vestibulo: Experimentum (solum scilicet, sine judicio, sine Arte) fallax. Et usus medicamentorum ἀμέθοδος non modò non prodest, sed etiam obest frequenter, ut ait Gal.1. compos. med. loc.1.

Vnde non assequor, ingenuè fateor, quô fundamentô, quâ observatione, imô quâ conscientiâ nonnulli gavisi, tàm impræmeditatè, tàm incogitanter, tàm irreligiosè, obviis omnibus, sanis & afflictis, magnam acidularum gelidarum copiam, algescente crepusculo matutino, sine discrimine, ad voluntatem permittunt, atque aliquandò adversus appetitum inhorrescentibus, robore fractis & debilitatis, retrò obtrudunt.

Sanis etenim plerisque, & per multis infirmis, nullatenus eas conducere, nedum ita

ita copiosas & frigidas frigido sub cœlo anhelosè epotas, & multiplici ratione, & stabilibus documentis, & autoritate magnorum in Arte luminum, pulcherrimè demonstrari potest.

Primùm namque nulla medicamenta per se vel intelliguntur, vel sunt talia, nisi mutuo quodam respectu ad res insalubres, corpora humana vel potentiâ, ut pleræque causæ morbiferæ, vel ipso actu, ut morbi & eorum symptomata, jam obsidentes offendentesúe; quas vel conjunctim, vel separatim, prout Natura caloris ope deduxerit, primo quoquo tempore mutare & expellere cupiunt. Sin nihil illarum inveniant, nec tamen ab agendo naturaliter desciscere queant; in corpora ipsa vim suam conferre, eiusque statum naturalem quoquo modo invertere contendunt. Galen. 1. de simpl. med. fac. 1. Et 6. compos. med. loc. capite de columella.

Hoc dudum sentiens Hippocrates rectissimè scripsit de purgantibus. aph. 36. sect. 2. Sana habentes corpora, dum medicamentis purgantur, citò exsolvuntur. Et 37. eiusdem sect. Qui benè habent corpore, difficulter ferunt medicationes, tùm purgatrices, tùm altercatrices alias, secundùm genuinum aphorismorum sensum, ut facilè ex ultimis Galeni verbis in comment. horũ

locorum

locorum colligimus. Et Avicenn. cantic. tractat.1.canone.26. Ac aliquantò fusius è. 1.Gal.de humoribus.11.Sanos, & in quibus nihil redundat, purgare non oportet. Nam præterquam quòd id cum labore facis, non mediocris noxa consequitur.

Debere autem medicamentis, & quidem etiam vacuantibus, annumerari Acidulas, inde apparet; quia omnia, quæ insunt ipsis, sive substantiâ, sive qualitate, ut alumen, ut nitrum, ut borax, ut sal, ut sulphur, ut æs, ut alia, medicamenta sunt, partim alterantia, partim vacuantia. Vnde Galenus lib.de ptisana, cap.1. Aquæ, quæ mixtione alicuius alterius extrinsecæ aut substantiæ, aut qualitatis fuerint adulteratæ, quales sunt bituminosæ, & sulphureæ, atq; aluminosæ, tantum à propria aquæ natura recedunt, quantum fuerint abalienatæ. Et in Comment.aph.2.sect.4. Balnea (utiq; etiã potus) sulphurea, nitrosa, & bituminosa, totum corpus evacuant. Et Halyabbas.5. theor. Omnes aquæ ex minera insuaves, sunt, potuique inhabiles; & medicamenta tantùm morbis quibus conveniunt, sive in insessu, sive in potu.

Hoc sensu Hippocr.in libr.de aër.aq. & loc. Et lib.de vulneribus capitis, dixit: Aquæ quæ surgunt è metallo ferreo, vel æreo, nullæ omninò juvantes & salubres sunt, sed simpli-

ſimpliciter duræ. Et cum Avicenna, 1.Can. fen.2.cap.16. Alexander, medicus: Aquæ, quibus ſubſtantia admiſcetur metallina, aut ei ſimilis, omnes malæ ſunt.

Nec alia ratione Vitruvius. 8. de aquis, 3.fontes omnes vitioſos vocat qui inveniuntur in terra, è qua fodiuntur aurum, argentum, æs, ferrum, ſulphur, alumen, bitumen.

Quàm ergo præclarè corpus anteà ſanum, acidulis prurientibus, nec quicquam nutrientibus (uti expediret) deformabimus?

Rhaſis certè teſtimonió; frequens earum potus humores vitiat & corrumpit: eò, quia medicamenta ſunt, non nutrimenta, & in ſanis minimè laudanda. Neque bibenda ſunt ab jis medicamenta, quibus inculpata corporis ſanitas obtigit. 6.ſanit. tuend.16. Cuius, abſque dubio, metuenda aliquandò ſpectaremus exempla in Comitibus hoſpitum ægrorum ſanis, niſi ipſi aureæ valetudinis negligentiores eſſemus.

Cùm verò abſolutiſſima & in functionibus ſuis perfectiſſima illa ſanitas, aut in nullis, aut admodum paucis, conſpiciatur, è Gal. 1. ſanit. tuend. 5. omneque corpus ad minimum unam partem habeat naturâ debilem: 7. Art. medicinal. Libr. de opt. corp. conſtit. 6. atque adhæc cum parte illiuſmodi

di membra quoque ſana cottidiè vitioſi quid deterant, deponant, accumulent, & ita conſequenter in ſtatum bivium, neutralem, ſeu neutrũ conjiciantur. 1. ſanit. tuend. 2. non certè abſona videtur aliquibus acidularum frequentatio.

Verum enimverò, utcunq; corpus in ſanitate comparatum nobis objectetur, conſilium, clàm initum minus fructuosè procedet,

Ponamus enim aquas illas acidulas; veluti medicamenta, ad tria duntaxat expeti; vel ad intemperies viſcerum corrigendum; vel materias ineptas vacuandum; vel robur partium innovandum confirmandumque.

Non enim plures uſus ſuppetunt ex Galen. 5. de ſimpl. med. fac. 1. Et Guinterii Andernaci præfatione in dialog. de acidul.

In primo ſanè ſtatu Neutralitatis, à conſummata ſanitate laudatiſſimo, ubi nondum morbus, neque etiam ſolida eſt ſanitas, ſed æqua ſervatur ſanitatis & morboſitatis proportio, ut in ſenibus, quæ mihi, cum aliis, eadem atque ſanitas nòn optima, cuius meminit Galenus libro ſuprà citato 1. de tuend. ſanit. 5. quia nùllus adhuc dum vel exceſſus vel defectus truculentior,

teſti-

testibus actionibus incorruptis, & hinc neque adjectione utilium, neque inutilium detractione multa opus; Cur, quæso, ad Acidularum Scaturigines taliter dispositos perducemus contra manifestas methodi leges, quæ demum incipiunt abeunte sanitate, & appropinquante vel præsente morbo? 3. method. 3. Vbi ex adverso scimus eorum multos vilissimis medicamentis tentatos modò in imbecillitatem incidisse.

Præter id, quòd eiusce generis homines à calore depressiore neutri cognominati, similibus sui custodiam; non contrariis alterationem, vel purgationem postulant.

Huic accedit porrò, quòd neque actualis frigiditàs, neque impensa siccitas potentialis acidularum hisce confert; nisi forsitan medium deligendum putemus, quod simul & sanam & morbidam illorum κατάςασιν (ut communiter loquuntur) aliquo modo concernat.

Hoc sanè alimentis adscribitur medicamentosis, è Gal. 1. de aliment. fac. 4. Et Hipp. Libr. de purgant. med. text. 1. quibus cum Acidulis, tanq. puris medicamentis, ne tantillum quidem est commercium. 3. de simpl. med. fac. 1.

Denique

Denique neque ipsi Medici periti, hos, si maximè egeant auxiliatrice manu, ad acidularum potum, sed potius thermas temperatiores ablegare hodiè solent.

Vtique igitur hec neutri, primi generis, intra sanitatis limites plurimùm adhuc ambulantes acidis addicendi sunt.

In altero neutralitatis, seu sanitatis deciduæ ordine, quem Decidentiæ statum ideo vocant, quia jamjam à bonitate temperiei partes nonnihil deflectere, malitiosiq; humores passim coacervari incipiunt, alteratio quidem & vacuatio aliqua est necessaria; At non statim summa, qualis sæpissimè sylvestrium Acidularum importunum usum cum pernicie insequitur. Siquidem καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεώμενοι ταχέως ἐκλύονται. 2. aph. 36. Et intēperatæ naturæ modico & tempestivo contrariorum usu gaudent. 8. meth. 9.

Atque valdè indigentibus, & ex longis temporum intervallis, vacuatio (ἀξιόλογος scil.) utilis est, è Comment. Gal. 3. aph. 15. non quibusvis incipientibus, ne præterea in malam consuetudinem corpora etiam trahantur; de quo & Galenus ibidem loci fideliter monet, & multorum tædiosa acidularum repetitio nobis vel tacentibus innuit.

Quin horum propria est ἐπίκρασις, Galen. 9.

len.9,terap. meth.10. quæ fit per lenientia atque cibos boni ſucci.6.tuendæ valetud.6.

Ex quibus perplanum arbitror, tunc demum Decidentibus acidos fontes adeundos eſſe,cùm nihil amplius ſpei & auxilii ex attemperato vitæ regimine, & purgantibus atque alterantibus mitioribus relictum ſit.

Sic enim inſuper auxilia malo erunt paria.89.Art.parv.Gal. Si non ſtatim ab initio à valentiſſimis, ſed ab imbecillioribus auſpicati majus quid in ſuccenturiatis tenuerimus. Ex eodem κατὰ τοπ'.habita ratione virium & naturæ ordine ac more,quem depingit Ariſtoteles.4. Phyſ. 8. text. 67.Galenus.1.de compoſ.med.loc. cap. de alopecia. Hippocrates.51.aphor.ſect.2. Avicenna lib. 1.fen.4.cap.1.

Reliqui nunc ſunt ex ſanorum numero ſeu cenſu illi, quos à morbo liberatos atque redeuntes, Convaleſcentes trito nomine appellitant, teſte Avicenna. 3. cant. aph.95.

Hi ſolius ἀναλήψεως propemodum indigi quacunq; ex cauſa promptiſſimè offenduntur è Gal.2.de diff.febr.18. vacuationibus,exercitiis, frictionibus, balneis, cibo, potu.5. ſanit. tuend. 6. Avicenn.cant.3. aph. 98.Quidni igitur aquis acidis infrigidantibus & exſiccantibus?

Imò, ut plurimum antea sufficienter emaciati à morbo, à medicinis, humorum multorum eductionem nec requirunt, nec tolerant: quæ tamen spontè aliquandò, à quis etiam non delibatis, cum damno hisce supervenit.

Nec minus etiam rarum est, & in solitum, nervosas corporum eorum partes nudiores Acidularum acrimoniâ & mordacitate inopinatò infestari atque feriri. Avicenn. Cant. part. 2. text. 28.

Et si quæ alia ulterior craseos membrorumque corrigendorum necessitas residua, (rara admodum & in morbo declinante vix unquam audita, modò cætera rectè apparata sint, expectanda tamen ab aquis acidis) ea sine periculo tamdiu facilè suspendi potest, quousque habitum meliorem ægri recipiant.

Nisi enim externo quodam errore, aut culpâ translatitiâ resipiscentium nemo emoritur. Gal. 3. de cris. 5.

Tandem autoritate Hippocr. libr. de affect. text, 40. convalescentium additiones & detractiones omnes paulatinas esse oportet, quas certè celeres & repentinas in omnibus acidis fontibus de die in diem magis magisq; comperimus.

Neque

Neque alia de causa plerique tantoperè eos appetunt, nisi ut quàm citissimam sanationem indè adipiscantut.

Ratum igitur hoc sit & indubium omnibus: plerisque sanis hominibus, quibuscum unâ neutros etiam complector, minus utilem & salutarem esse acidularum potum.

Et hîc fortassis ex Galeno cum Rhase, ultimo continent. cap. 70. tractat. 1. de aqua, Lascivire liceret de acidulis: Nocumentum earum non apparet in principio negocii, in corporibus sanis, quia crescit & augetur paulatim absque ullo sensu, & quando pervenit homo ad ætatem ultimam, patitur morbos difficiles in articulis, & nervis.

Quod autem aliqui hîc objiciunt, incolas eorum locorum è quibus abundantiùs proruunt, aliis multò & robustiores esse, & coloratiores, & vivaciores; id primùm non omni ambiguitate caret.

Circumferamus enim oculos in omnes, Germaniæ celebriores provincias & ditiones, quibus à natura datæ, multi profectò ibidem obambulant pallidi, ex succi, tumidi, cachectici, gutturosi, asthmatici, splenetici, colici, fœminæ item hystericæ, iis pro potu ordinario dietim utentes.

Deindè naturâ, atque ortu agrestiores isti homines, juxtaq; laborum patientes, & à teneris annis ad hunc potum adsuefacti, crassis cibis *κατὰ λόγον* semper nutriuntur, & aquosa cuncta sudando, meiendo, confestim transmittunt.

Tùm ab aëris asperioris stringentisque crebriorem occursum, diutius retinent calidum humidumq; innatum, vernacula vitæ Longævioris fulcimenta, ut lepidissimè referunt Hipp. 17. aph. sect. 3. Aristoteles in Lib. de long. & brev. vitæ. Et Galen. in Commentis.

CÆTERÙM, an ægris quoque nonnullis inimicus sit Acidularum potus, quæritur?

Næ illud valdè expeditum, apud eruditos; permultis haut conducere. At propter arbitrarios & quæstuosos aliorum seductores res paulò altiùs expendenda est.

Veluti in aliis corporibus mixtis naturalibus, præsertim verò medicamentis, subindè composita naturam & facultates suorum simplicium resipiunt; & præter totius compositi formam propriam indeque genitam *ἰδιοσυγκρασίαν* viresque individuales, plerunque occultas, ex Avicennæ lib. 5. Summ. 1. tractat. 1. cap. 2. in se plus non continent, quàm sua elementa; quæ tamen in alio magis, in alio minus conjuncta, altera-

ta,

ta, commixta; unde mox etiam vires aliæ atque aliæ, sæpè contrariæ, quibusdam penitus perniciosæ insurgunt: ita omninò etiam aquæ acidæ variis mixtis inferioribus, rarissimè solitariis, frequentissimè discrepantibus, aliquandò etiam venenatis; cinnabari, auripigmento, misy, sory infectæ, disparique à calore excoctæ, diversis constitutionibus morbosis omnibus omnes commodare nequeunt. è 1. Galen. de simpl. med. fac. 24. & 26.

Vt enim in homine sano, monitore Hippoc. lib. 1. de diæt. text. 24. Et de articul. text. 83. natura differt à natura, & temperamentum à temperamento: ita deinceps etiam in ægro, ægritudines aliæ ab aliis, tùm per se, tùm ad medicamenta, tùm seipsa; quarum differentiarum priores solâ etiam ratione; posteriores solâ experientiâ nonn unquam constant.

Sic certè dextra & sagaci animi subductione, absque negocio, arguimus, acidulas æris, chalcanti, pyritis, & calcarii lapidis feraces, teneris, rarefactis, nervosis, admodum sensibilibus, inflammatis & dolentibus corporibus, senibus, hypochondriacis nuperis, opthalmicis, arthriticis, cholericis, erysipelatosis, acutè febrientibus, nephriticis, catarrhosis, hæmorrhoidicis, & ex utero nimiùm fluentibus propter fervorem

& tenuitatem sanguinis, & similibus, parùm opitulari.

Econtrà, tùm his, tùm cephalalgicis, spleneticis, hydropicis, viscerum vitio resolutis, stranguriosis, & eius generis aliis, egregiè succurrere aciditatem ex multo ferro, & exiguo sulphure, quæ mixtura penè apparet in aquis Spachensibus, non procul à sylva Arduenna.

Sic porrò ex æquo rationis dictamine haut difficulter colligimus, fontes ex sale & ex nitro præcipuè acescentes, quod scribunt de Andernacensibus, propè Rhenum; & quodam alio Lansteinensi, propè oppidum Embs; alvo obstructos planissimè solvere, renum & vesicæ calculos confringere & exturbare, mulieres utero clausas brevi reserare, alphos, impetigines, lepras expungere.

Ex adverso proclivibus cerebri fluxiones accelerare, anhelationes & suspiria inducere, ventriculos nauseabundos & delicatulos subvertere, diarrhæas, dysurias, cœliacas passiones exasperare, aliaq; similima mala exsuscitate. Quorsum rectè Aëtii verba verto tetrabibl.1. serm.3. cap.165. ubi nitrosam aquam (parum refert, sive thermalem, sive acidam inaudias) nocuam ait profundentibus urinas & egestiones alvi mordaces, arteriæ ulceratæ, renibus, vesicæ, & ulceribus omnibus.

Pariter

Pariter rationi valdè est consentaneum, aluminosas aquas acidas, quales plurimùm autumant, Tarbellienses, Kerlichenses, sensibiliter benefacere, ubi multa astrictione & exiccatione calida opus; nec leviter vicissim officere, ubi extenuationis & emollitionis frigidæ causa.

Sic deniq; acri judicio atque intellectu animadvertit Excellentissimus Medicus, Johannes Guinterius Andernacus, acidum fontem Spiegelbergensem ochrâ imbutum periculosum esse potatu, quo nomine graviter etiam invectus est in quosdam impostores, eum ad omnia etiam hæreditaria vitia extollentes.

Quoniam verò jisdem aquis acidis interdum aliquorum venenosorum, plumbi, antimonii, Sandaracæ, melanteriæ, &c. vires adeò latenter & insidiosè simul immiscentur, ut nullis perspicuis notis sensus, nedum mentem percellant: Vel etiam alia virosa parcius aquæ immersa quibusdam naturis repentinum malum accersunt, ut de gagate, Diosc. lib. 5. c. 103. de bitumine, Fuchsius lib. 2. sect. 5. c. 28. prodiderunt: itidem aliquandò nihil valent ponderosa superbæ rationis momenta, sed diligens & assidua auscultatio & inspectio singularum proprietatum, familiarū & hostilium, tùm in aquis & ipsarū mineris mixturisúe, tùm hominibus utentibus.

Vbi vereor, præ venuſtate, ſilentio involuere duos lepidiſſimos locos Bartholomæi Taurinenſis ſic exclamantis. 1. hiſtor. therm. Aquenſ. 4. Id Ego perſuaſum habeo, in horum (mineralium) quantitate (cui imprægnatâ) cognoſcenda nos fruſtrà laboraturos, cùm eam perſpectam & cuiq; aquæ mixtam, certò teneam, longo intervallo ab huius facultate & vi diſtare. Præter materiam enim perfectiſſimam, & eo perfectionis numero dotatam, qualem alibi non eſt invenire, concurrit ſolis benignus calor, & aſtrorum aſpectus eam mirabilem vim aquę tribuens, quam qui ex Arte ſequitur, nunquam aſſequetur. Et mox lib. 2. de aq. nat. viribus, in fine: Conſideranda eſt & occulta proprietas. Quædam enim quibuſdam anni temporibus, colorem, odorem, & vim mutant. Sic balneum quintum Piſarum, de Aquis appellatum, tàm inſignem mutationem recipit, ut quibuſdam annis non ſolum inutile, ſed admodum nocivum ſit. Paulò pòſt: Hoc idem, inquit, in aliquibus anni partibus fieri poteſt: Vt in ditione Viterbii balneum Bulicani eôdem die nunc colorem auri, nunc auricalchi, nunc ſtanni ſuſcipit. Hoc itaque tempus, vel noxium, vel opportunum, non à ſcriptoribus, ſed Incolis diſces.

Facultatum enim omnium, quæ medi-

camen-

camentis insunt, experientia certissima est judicatrix, è 2. Galen. de simpl. med. fac. cap. 38.

Qui cùm non unius sed multorum annorum & penè immensus labor sit: maximi quidem faciendi sunt Medici aquis assidentes; sed ji tamen moribus politi, doctrinâ pollentes, discretione probati, in defessi accessu, & studio. Nam ne sic quidem omnium tandem gnari erunt.

Et quanquam omnes ciusmodi fontes acidi jactentur à plebe imperita; nec tamen idem Acor est in omnibus & ad omnia; sed in aliis maior, in aliis minor: isq; à diversis fuliginibus, succis, lapidibus, fossilibus, & metallis; nec in cunctis simplex; sed quandoque permixtus cum dulcedine à sulphure; aut acredine à chalcanto; aut nidore à bitumine; aut sapore alio. Hipp. lib. de aër. aq. & loc. text. 21. In nonnullis veriùs Acrimonia, quàm Aciditas viget. Aliqui fontes acidi sunt & subsalsi mixturâ, è Plin. lib. 31, cap. 2. Quæ omnia non à quovis nasutulo, curioso; sed à solis Medicis vigilantibus & exercitatis; non superficiariis Clamitoribus aptè dijudicari, & ad hominum prosperitatem sobriè converti possunt.

Acidi quippe liquores ceu refrigerantes, exsiccantes, condensantes, vellicantes, pituitosorum, mollium, macrorum, & tabe-

scentium affectiones frigidas nullo modo juvant; sed potius vehementer adaugent: caussant vigilias, stupores, & melancholias pertinaces, hebetudinem visus & auditus, vocem impeditam, spiritum anxium & densum, tusses asperas & interruptas, concoctionem debilem & tardam, acidos ructus, alienum appetitum, cardiogmon, dolores ventriculi, intestinorum, uteri, vesicæ, lienis intumescentiam, venarum discrassias hydropicas, languores artuum annosos, præmaturum senium. 4. de simpl, med. fac. Gal. 2.

Retròacres, aquæ calefacientes, attenuantes, & erodentes, calidis, repletis, biliosis corporibus, & insultibus acutis, erisypelatis, phlegmonis, intemperiebus, pustulis fervidis, febricitantibus, picrocholis, rheumaticis, cancris, stimulos addunt & crabrones provocant. Galen. 4. de simpl. med. fac. 17.

Vtrisque ulceratarum partium molestæ inæqualitates, & profusiones sanguinis damnosæ citò afficiuntur, irritantur, atq; per sanatæ de novo recrudescunt.

Sub dulces unâ, graves, & fumosæ ex bitumine & sulphure, peculiariter calculosis, vomiturientibus, & in capite ac utero diu vexatis negocium facessunt. Quemadmodum Hipp. lib. 5. aphoris. 28. de aromatum

suffitu

suffitu scripsit: Et ad alia utilis esset, nisi capitis gravitatem induceret.

Quid detrimenti mixtæ, propter inæqualem subterraneorum congressum, corporibus non idoneis conciliare possint; non tàm ex prædictis, quàm eorum Libris liquidissimè cernitur: qui potissimam Errorum causam in usu acidularum temerario & inconsulto aliquandò ponunt.

In genere, Famelicis ex defectu nutrimenti, quia succos minuunt; Siturientibus ex absentia humidi, quia siccant; Lurconibus & gulosis, quia vitæ regimen exposcunt; Pthisicis, quia pectus stringunt ac lacerant; Morbis complicatis, quia viribus distractis minus frugi; utiles non sunt.

Ac, nisi expressam Aciditatem, quæ omnis est frigida, 4. de simpl. med. fac. 2. à calore mutante, nec vincente. 14. lib. eiusd. in quibusdam aquis præsumamus, ex Gal. 1. simpl. med. 6. aquæ omnes, quæ sulphur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcantum, aut misy, aut chalcitim, aut aliquod reliquorum medicamentorum naturâ calidorum gustu referunt, inimicæ erunt calidis corporum affectibus.

Neque etiam novum est, intemerato & præpostero earum potu abditas & pacatas

pacatas morborum causas ac semina innata hæreditariò in se devoluta, & alioquin longius ac ad dies vitæ dormitura, veluti ignitabulo, iis demum perfricari, atque suscitari.

Quæque alia nocumenta aquæ importent sulphuris, aluminis, vitrioli, lithargyri, æris, salis, bituminis, &c. Locus propalabit Iacobi de partibus, in lib. 1. Avicennæ, fen. 2. doctr. 2. summ. 1.

Lucidissimum ergo est & alterum; permultis Ægris multos acidos fontes non quadrare; aliquibus omnes prorsus esse contrarios; hincq; religioso examine semper opus.

FRIGIDÆNE autem ab omnibus, sub dio, semper ebibi debeant, acriter disputatur.

Apud nos certè hic mos increbuit modernorum quorundam suasu & impulsu. Quatuor enim sunt, quæ prætendunt, argumenta, satis sua opinione valida. I. aquas istas incalfactas statim vires suas amittere, II. propinqui aëris temperiem aquis similiorem esse. III. primo quoquo tempore rursum eas pertransire. IV. nemini, ne sudanti quidem, frigidas unquam nocuisse.

Credo primùm nullos acidas perdidisse rectè & tempestivè adhibitas. At postremum hydropotæ isti ultrò & cum gemitu reper-

repercutient, qui sibi earum heluatione ventriculum jugiter fastidientem, viscera perperàm fluctuantia, intestina annuatim excrucianda, nervos dirissimè tensos, alvum præter debitum lubricam, ventres abominabiliter tumefactos, thoraces coangustatos, pessimô exemplô contraxerunt, quod Ego in nostro tractu factum certò memini; alii sine dubio in aliis.

Nempè aliter evenire aliquandò vix potest. Frigida enim omnia contraria sunt calori innato, arbitro Avicenna lib. 1. fen. 2. d. 3. cap. 2. Spiritui, motui, lib. 3. fen. 2. cap. 2. virtutibus & operationibus omnibus. lib. 1. fen. 1. d. 6. cap. 3. occidunt, quecunque ex calido sunt. 6. Epid. Hipp. sect. 5.

Et hæc multò magis, quæ actu talia; ut acidulæ. Corpora namque humidiora reddunt humiditate extranea. Avicenn. lib. 2. fen. 1. d. 3. cap. 1. Gal. 1. temp. 2. Et 6. sanit. tuend. 2. Interanea primùm obstruunt, deindè extinguunt calorem innatum, postea putrefaciunt, denique interficiunt. Id tract. 2. cap. de nocumentis factis à frigore: Obstructiones attenuari digeriq; prohibent; particulas (gulam, jecur, colon, diaphragma,) laborantes sive ex naturali intemperie, sive adscititio vitio; tumores præterea partium principum phlegmonosos, œdæmatosos, scirrosos offendunt. 9. meth. Gal. 5.

Constringendo omnia reddunt crassiora, dura, densa, immobilia. Hipp. 1. prorethic. 20. Convulsiones, tetanos, livores; rigores febriles adferunt.aph.17.lib.5.Hipp. inimica sunt ossibus, dentibus, nervis, cerebro; dorsali medullæ.aph.18.lib.5. Dolores faciunt insuppurabiles.aph.20.l.5. Adversantur ossibus fractis, denudatis, capitis ulceribus herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, utero, vesicæ.aph.22.sect. 5. Pectori infensa tusses movent; sanguinis profluvia & destillationes excitànt, aph.24. eius sect. vasa rumpunt. 6.Epid.sect.3.

Et ne quis isthæc Mala de potentia duntaxat refrigerandi aut aqua simplici sola interpretetur, Hippocrat. eádem definitè a-quis actu frigidis accepta fert libr. de rat. vict. acut. text.30. Et eô etiamnum Avicen. clariùs.lib.1.fen.4.cap.2. Superflua frigiditas, qualis, extra dubium, Acidularum gelu, est ipsa mors innati caloris, aut ei propinqua mortificatio.

Huius sententiæ patronum etiam adducit Philotheum celebratissimus quondam nostræ Academiæ Professor, Fuchsius, comment. in aph.17.lib.5. Sin verò quis alius calidas rursum acidularum qualitates opponat, quas in corpore exercere possunt, teste Galen. de caus. morb. circa finem. in vigorem jam actæ à calore innato 3.fac.simp. med.

med.17. Ipse vicissim Galenus masculè respondet.3.temp.7.rotundè asserens, Frigida nulla, quibus etiam aquam frigidam annumerat, à corpore nostro mutari, sed ipsum potiùs ab jisdem vinci. Tantum abest, ut obvio cuivis frugi esse possint.

Adhæc, revera acidæ aquæ & δυνάμει & ἐνεργείᾳ refrigerant.4.de simpl.med. fac.2. Quî ergo frigiditatem actu invalescentem aliâ ullâ qualitate retundent?

Insuper, si calidæ naturâ acidulæ repugnantibus etiam & infensis aliquandò viribus inquinatæ sunt, sicuti suprà dixi; omnesque aquæ medicatæ naturales indubitatò siccant: 1.sanit: tuend.10. & frigore suo impensô impendiò nocent; quid aliud, quæso, frigidè eas exhibendo agimus, nisi ut homines antea malè affectos peiùs torqueamus?

An nihil etiam tribuemus regioni, ætati, tempori, consuetudini? ex aph.2. sect.1. cùm omnes aquæ (frigidæ scil.) potores ἰσθισμένους καὶ ἐυσπλάγχνους Hippoc. exigat. 3. de morb. text.29 Et alii fontes aliis in locis mitioribus vel asperioribus siti sint, impuberesque agitent. libello de aq. text. 5. & non tàm omnia alia, ex aph. 49. & 50. quàm etiam potus insueti, magis molestare soleant, aph. 38. sect. 2. II. vict. acut. aph.34.

Næ omnes repentinæ mutationes cavendæ ſunt.6.Epid.Hipp.part.3.aph.21.noxam imbecillitatemq́; faciunt.2.vict. actir. 18.& tantum quod paulatim fit, tutum eſt. aph.51.ſect.2. Vt ergo naturâ frigidiuſculi, qui potu matutino parciſſimo ſæviſſimè inhorreſcunt, frigidæ compotationem perpetientur?

Quot etiam flatus craſſos, indigeſtos, & olidos, à profundis, uliginoſis, concluſis, algidis, & rorantibus iſtis locis à vivifico ſolis ſplendore, horis auroræ, averſis, aquis crudis immiſceri exiſtimabimus?

Communi medicorum decretô, hominumque prudentum notitiâ jamdudum jejunis interdicta eſt aura matutina, locorum etiam ſalubrium, nedum iſtorum imperflabilium: quidni etiam aquæ frigidæ potus perniciosior, & adventitiam naturam in ventriculo efficiens?

Et cur pleriſque cæteræ Potiones, alterantes & purgantes, calidæ propinandæ ſunt, non quoq; quibuſdam acidulæ?

Cur vinum, cur muſtum gelidè epotum adeò ominoſum, ſtatuentibus medicis?

Vtrobique reor, efficaces ſunt Spiritus à multa & diuturna caloris actione promptè exhalantes, quod non tàm in patentibus vini & aliorum liquorum poculis, quàm pharmacopolarum apozematis &

decoctis

decoctis,effervescenteq; musto,cottidiè luculenter cernere possumus.

Neque tamen propterea omnis eorum virtus in spiritibus conquiescit. Sapores enim,è quibus primum temperiei & virtutum in acidulis documentum ducimus, non in spirituum tenui, sed liquoris substantia aquea potius inhærescunt, ut placet Philosopho in 2. de anim. 10. ac in lib. de sens. & sensil, Et Gal.7.de placit. Hippoc. & Plat.13.

Et undénam ex ære,ex ferro, ex alumine,ex sale, solidissimis partim, partim siccissimis corporibus,tàm copiosi Spiritus.

Quî Spiritus copiosi & q.fervidi à modico calore externo ita subitò evanescunt?

Similia non agunt in similia,ex Aristot. problem.8.sect.3.Et probl 15.sect.8.

Aut si agunt, quodammodò dissimilia sunt ex 2.de anim.5.text. 55. alterum putà fortiùs,ut hîc spiritus;alterum debilius, ut calor externus,qui utique etiam patietur à Spiritibus. Spiritus namque calidissimi, siccissimi, tenuissimi, tale nihil facilè patiuntur.

Vel si quicquam aliud,Averrhoidis arbitratu, calor ipsorum summus à calore parvo adventitio parùm remittitur & evaporando disperditur.

Immanent ergo tot,quot ægro jam præ-

senti satisfacere possunt. Quid desideramus amplius?

Remissa gradu viribusque medicamenta, repetitione multiplici, sine detrimento, tantum possunt efficere, quantum una vice ordine paria viribusque adaucta. ex 1. meth. Fernel. 7.

Et si Spiritus fermè soli, omnes lapidum, metallorum, fossilium, & succorum vires imbiberunt, quid aquę frigidę ingens multitudo Spirttibus copulata lucri secum apportabit?

Galeni tempore ex intempestiva aquæ frigidæ potatione cuidam jecur affatim refrigeratum statim aquam intercutem introduxit, 5. loc. aff. 6.

Nostro tempore quibusdam admodum sitientibus & sudantibus tùm hanc, tùm mortem repentinam.

Acidulæ ipsæ aliis multis incautis tùm horrorem, tùm rigorem, tùm rugitum ventris, tùm febrem derepentè incusserunt.

Neq; etiam Spirituum calor omnis actu viget, alioquin venti omnes suapte naturâ calidi, ex 2. meteor. Arist. 4. & probl. 7. sect. 25. ac probl. 34. sect. 26. citò omnia calefacerent; & Spiritus corporibus insiti lautissimi, sine influentium subsidio & juvamento, continenter sua exequerentur. Cum omnia agentia actu talia, in loco & statu naturali,

non

non possint non agere, haut impedita, ex. 2. de ort.& int. quorum tamen neutrum Experientiæ κριτηρίῳ hucusq; comprobatũ est.

Meipsô etiam adstipulante, & in seipsis, & in coctionis modis, temporibus, atq; efficientiis, perquam disparia sunt ea, è quibus dicti spiritus eructantur: alia crudiora, alia maturiora. Nam & subterraneis maturitatem quandã concedunt Metallici. Vero igitur simillimum est, & ingenitorum Spirituum nonnullos valdè indigestos, crudos, atq; flatuosos esse, qui soli, absq; aquæ frigiditate, ultra modum invisi ventriculo, cordi, cerebro, lieni, utero, intestinis, thoraci, musculis, nervis, ut soli libelli de flat. Hipp.& Gal. satis ostendunt.

Flatus autem corrigi, si non planè tolli, possunt calore externo miti, quod in hordei coctione comperisse scimus Hipp. lib. de diæt. Diosc. lib. 2. cap. 79. & Gal. in libello de ptisana proprio.

Et hoc ex. 6. phys. Aristotel. atq; 2. Savanarolæ, cap. 3. rubr. 24. de aq. marin. nemo philosophorum mihi unquam animo evellet; calores duos naturales invicem coniunctos non plus movere in corpore, eô unô, qui est in mera potestate.

Nam quanquam acida & aquea, tùm propter tenuitatem, tùm fluxibilitatem innatam, haut invitò transeunt, spissumque

corpus citò perreptant;è Comment. Galen. in aph.18.sect.2. mutuatitiô tamen calore amicô porrò adornata & extimulata multò & feliciùs & incitatiùs corpus n ovent. Siquidem omne id, quod movet, actu praexistit:& eôdem laudabili in tenui subjectô excellens multò quæstuosius operatur: indecente contrà prævalens tantò atrocius debacchatur, quantò tenuitate celerius permeat. Tenue enim omne,crassum, activitate superat.Gal.1.de sympt.causs.6. Et 1. diff.febr.1. Cuius utriusque veritas in rebus usitatissimis, singulis diebus,nec intelligentibus,palàm esse potest: Illius quidem paradigma,in Spiritibus,essentiis, salibus volatilibus, acidis & acribus omnibus: huius autem pelluciditas in napello, arsenico, cantharidibus, causticis actualibus universis.

An etiam ex re semper sit utentium, aquas istas omnes è vestigiô corpus pervagari,deliberatione longiore dignum videtur. Vt enim aliâs naturaliter nullus motus fit in momento,sed in quodam tempore 3.Phys.1.& eô aliâs longiore,aliâs breviore.7.Phys.4.pro analogia agentis & patientis: 1.de generat.& corrupt.9. Ita quoque Medicamenta proprio Artis sermone sic insignita (ignem enim & cætera cuncta eius generis actu talia, nisi fusa nominis appel-

appellatione, medicamenta nemo dixerit) naruræ legem affectantia in tempore motus suos perficiunt. 1. simp. med. 12. aliquando etiam occasione, sive intervallo temporis brevi, Hipp. text. 1. præcept. med. pro diversis corporum naturis, habitu, consuetudine, affectibus. 5. method. med. 10.

Ita rationabile est ex aph. Hipp. 72. sect. 7. refrigerata, & prahumectata, fluidaque corpora, in quibus tùm omnes aliæ, tùm præsertim retentricis facultatis vires valdè imbecilles, citius eas rransilire, quàm vel inflammata vel exusta. p. n. vehementer, quibus tùm hæ facultates multò constantiores, tùm maior humidi cuiusque cupiditas & necessitas inest.

In affectibus immaterialibus, in quibus nulla humorum impedimenta, nullæ obstructiones, nulli absscessus, excrescentiæ, vermes, calculi, sine dubio, multò liberius præterfluunt, quàm in materialibus, quibus propemodum innumerabiles remoræ liberioris transitus.

In iisdem viscerum infarctibus, ubi multâ atque diuturnâ humorum incisione & abstersione opus est, quæ tamen vires non à penetrantibus, sed crassioris consistentiæ mediis proveniunt, teste Galen. 4. simpl, med. 18. quomodo raptu quasi quodam salutariter præproperabunt?

Quid? quòd humores contumaces, impressæ intemperies, & inveteratæ obstructiones, suopte renisu & reluctatione, ægrius expelluntur è corpore? Quomodo igitur transitione aquarum celeri?

Adsuetos statim aquas transsudare; insuetos cum molestia eas transmittere, in ore est omnium, etiam philosophorum, & cuilibet præ oculis.

Quin, ut eò alludit Hipp. aph. 71. sect. 5. obesis densisq; corporibus diutiùs immorantur aquæ, & humida qualiacunq;, quàm vel gracilibus & raris.

Quosdam *αἰσθητῶς* omninò non vacuant, sed tardissimè alterant, ex observat. Georg. Grasecc. 1. part. acid. cap. 20. quæst. 5. quibus hac de causa effusio cita nec optanda est.

Sunt etiam aquæ ipsæ inter se dissimiles, & ex materia, & ex viribus, & ex mixtione.

Aliæ quidem crassiores, aliæ tenuiores; aliæ adstringentes, aliæ resolventes; aliæ cum multa aqua simplici, aliæ cum pauca sylvestri.

Cur illæ priores velocitate transitus cæteras adæquent, nemini ulla est ratio, vel etiam pugna rationis, nisi forsitan jis, quibus ex synceris *φιλιατρείας* fontibus tantum ambrosiæ nondum haustum, unde id perpetu-

vetustum saperent; crassa tenuibus, astringentia resolventibus, simplices aquas medicatis communiter tardius moveri. Discant igitur, si velint, ab Aristotele, à Galeno, ab Avicenna, locis suprà traditis & aliis per multis. Credant sui ipsius experientiæ non difficili, etiamsi interdum periculosæ, quâ Indiscreti quidam cum damno pœnitendo aliquandò discriminantur.

At, videmus, aiunt, plerisque frigidarum usum prostratum antea appetitum mirabiliter restituere; aliis citissimè vomitum proritare; aliis madorem & sudorem in toto corpore prolicere; aliis intestinorum, aliis hæmorrhoidum, aliis venarum repagula repandere.

Videamus id maximè, quid refert? & cum emolumento, aliquorum opinatione, quid interest? Maioris id omnes faciamus, conducit, an ab innatis aquarum viribus, & naturæ consensu; an vero ascititio frigore, & illius detestatione, id factum; quamdiu item unius & alterius, aut totius corporis bonum adquisitum duraturum; num nihil mali postea pro bono successurum sit?

Nihil nunc dicam de eo, quod nullam Natura excretionem molitur in principio, sive materiæ crudæ, ex aph. 22. Hipp. sect. 1,

coctilis quidem, ex Avicenn. lib. 1. fen. 4. cap. 3. In convertibilis namq;, aut malignæ, ut nulla pravitatis commoderatio expectanda: ita neque tempus definitum ulli designatum est, sed quô citius excisa fuerit, eò melius. Avicenna ibid. Hoc non tàm in acutis omnibus aliis, Medici, quàm etiam pestilentibus, chyrurgi, aniculę, medicastri diligentissimè adnotarunt. Quàm ergo frugifera vacuatio eiusmodi?

Nihil secundo loco dicam de eo, quòd omnis coctio, & coctioni similis alteratio, in tempore fit memorabili. 5, us part. Galen. 4. eoque quieto atque tranquillo. 6. Epid. Hippoc. sect. 2. aph. 37. ne calor ab uno opere ad aliud fraudulenter avertatur, eò conspirante aph. 67. Gal. sect. 7.

Quid igitur boni præstolabimur ab improvisa & incitata ista humorum eluitione?

Nihil etiam de eo obganniam, quòd omnis materiæ mitigatio præparatiove à calore corporis interno inchoatur & perficitur; ab externo medicamenti intenditur duntaxat & promovetur. 5. de simpl. med. fac. 5. Quæ ergò facta præclara post se derelinquent calores utrinque pressi & arctati?

Nihil denique de eo quoque differam, quòd more aliorum experimentorum, acidulæ

dulæ symptomata quædam lenire & abripere possunt, radice eorum necdum sublatâ, quod ipsum quàm stabile, quàm fœneraticium sit, Philosophiæ & Medicinæ posthumi sciunt, & ex proposito prolixior in eo est Galenus in methodo, & Tabernæmontanus libr. de aquis Schvvalbacensibus, cap. 4.

Neque quisquam Balneatorum facilè inficiabitur, plerasque Acidulas sitim à principio sedare, maiorem in progressu sæpè objicere; tusses perraucas crebrò dispellere, suspiriosas pòst brevi misellis afflare; famem multis ab initio obtrectare, mox tædium de improviso incutere; ventriculi & intestinorum proruptiones eas cohîbere, tensiones & obturàtiones pertinaciores hàs excipere; membrorum motus lassos & remissos primo intuitu eas accelerare, totos tandem abstrahere.

Sed hæc verissima in præsenti adeò non moror, ut dixi, ad posteriora opposita singula unum saltem atque alterum amplius hîc adducam, paucissimis his præmissis: Bibentium alios subvalidos esse, alios perinfirmos. Huius distinctionis veritatem ipsi acidularum exploratores suo exemplo attestantur; dum aliqui eorum à bibendo montes conscendunt, valles percurrunt, magnificas ædes pervagantur; aliqui lecto

petim affixi ne pedem quidem, non domô, non januâ, non stratô, sed vix locô movere possunt.

Hisce igitur cespitantibus morosulis, caloris potius partiumq; debilitas, & aquarũ frigus, quàm ingenitæ dotes hæcce opera proferunt.

Antiquum enim est hoc Galeni: Comment. 20. aphoris. sect. 2. appetitum ex frigida intemperie nasci. Frigidam intemperiem ex aquæ frigidæ Largo potu. 2. de caus, morb. 6. Cur ergo minus interdum ex acidulis gelidis?

Tritum etiam est hoc alterum; calore insito jam fatiscente, humiditatem impensè cumulari. 3. diff. resp. Gal. 11. Adcumulatô humidô, retentricis facultatis robur vehementer cadere. 3. de sympt. caus. 3. Remittente vero ventriculi retinaculô, subversionem eius paulò crebriorem incessere. 3. de de fac. nat. 4. Cur ergo non eadem aliquandò à frigido Acidularum potu junctim subsequentur?

Aqua per se propter liquiditatem citiùs intestina petit, ut in avidiore exsorbitione jejuni sæpè persentiscimus; & propter partium frigiditatem membranas peius lædit; ac propter frigoris stringentis renitentiam venarum valvulas claudit, distributionemque prohibet, 3. sanit. tuend. 12. Quorsum igitur

igitur tendēt acidulæ frigidæ à jejunis haustæ, nisi per alvum vacuum & spaciosum?

Sudorem aquas frigidas frigiditate cogente nonnunquam excutere; non semper virtute eximia; à rusticis animadversum est lagenas vacuantibus. Et qui non cursu inconsideratiore corpus ab acidularum usu excedenter madefaciunt?

Quibusdam melancholicis, cæterùm robustis & sanis in partibus corporis, nil aliud vitii ab acidulis accedit, nisi quòd solus sanguis venarum magis solitò spissescit, & indè gravitate sua è superioribus submotus ani margines venosas implet & rumpit, uti argutamur è Galeni lib. de atrabile.

Mordacitas etiam acidularum aliis non indigentibus, hæmorrhoidas dividit; vel tamen præmaturè & prælargiter eas protrudit, ceu factum aliquibus memini colicis & podagricis.

Deniq; cum Acida utero fatali lege bellum indixerint, ceu quæ Studiosè fugiat, ne feriatur, ex Avicen. lib. 3. fen. 2. cap. 1. Et Hippoc. lib. de vict. rat. acut. tex. 29. quid mirū, si eiusdem vasa ante languidiora intempestivè cruorem mittant?

Vnde adversus secundam rationem potus frigidionis appositissimè concludo; neq; omnes acidulas æqualiter omnes pertransire; neq; omnē celeriorem earum transitum

semper

semper conferre; neque semper à propriis aquarum viribus transitum istum esse; sed persæpè ab aliis causis externis, accidentalibus, nocentibus.

Quod si ad tertiam rationem suam, vicini aëris familiaritatem & similitudinem, confidenter decurrant, multæ rationes in procinctu sunt, quarum maximam hâc facio; quòd non tam in Medicina, quam Philosophia, externæ causæ κυρίως nihil suppeditant ad rerum constitutionem ex Aristot. 1. Phys. 7. Et. 2. Phys. 3. ac Galen. 1. de causs. procatarct.

Et aër aliquandò vilior est causa, quàm quæ in medicamentorum usu spectari possit. 9. meth. 14.

Ac, si quis cacochymicus necessitatis lege adactus facilè medicamentum purgans ex naturæ bonitate toleraret, contra communes Hippocr. præceptiones, asperrimâ hyeme, squalidissimaque æstate, sumere illud posset, lacessitus. 1. vulgari proverbio: necessitas ferrum frangit. 2. more nostratium, qui Climatis memores æstivô solstitiô, acidos fontes visitant.

Nec enim aër ex permanentium, internorum, & verorum indicantium est numero. 4. meth. Galen. 3. sed cæteris præpollentibus, sine metu præteriri; aut etiam tutioris persana-

persanationis causâ artificiosè emendari potest. 10. meth. Gal. 5.

Deinde ambiens ille aër non est is, qui cum vividis acidularum spiritibus affinitatem singularem init, & in terræ specubus ac cavernulis juxta scaturiginem essentialiter acidis commiscetur; sed per se extraneus, plerunque etiam intemperatus est, æquè ac in hypocaustis; magnumq; dubium, num unquam ambiens mixturâ similis sit interno aquarum aëri.

Aut, cur bibimus acidulas cælo obscuro & pluvioso, ubi aëris disproportio nos erroris evidenter redarguit, & dehortatur? Absque dubio, tùm salubriùs in salubribus ædibus, quibus non nocivus fuscus hicce aër, jis uteremur.

Tum quoque non exigua illa acidularum translatio à fontium scaturigine ad ædes propinquas, vires aquarum statim disperdit, quo sanè figmento multi multos imperitos, credulos, & rudes falsò fascinant (similis enim, ex sua sententia, ambiens est aër, non quidquam alterans; & mora atque agitatio diuturnior in ipsis canalibus, foveis, atque cisternulis adapertis) sed tùm in his, tum simplicibus aquis, vinis, cerevisiis, aliisque potibus vectio & gestatio longior turbulentiorque id facit.

Quanquam

Quanquam non negaverim, & suaviores & efficaciores ex ipso statim alveo illas hauriri; aut tamen non remoto in loco, de quo neq; certatur inter doctos; sed num frigidæ aquæ omnibus aptæ sint, & leviculâ transpositione atq; incalfactione confestim ἐξίτηλα & evanida fiant, hoc demum est, quod cum dictis rationibus apertè abnuo.

Etiamsi enim acidæ aquæ calidô locô repositæ aut ad ignem tepefactæ, acorem aliquandiu occultent, vires tamen suas minimè tùm deponunt. Hoc olim explicatissimè nobis significavit clarissimus & excellentissimus medicus, Iohan. Guint. Andernacus, dialogi sui. 2. c. 1. inter alia hæc subnectens: Adhæc, si in calido loco consistant, aut per ignem incalescant acidulæ, omnem acorem; non autem vires amittunt. Nam si in cellam aliumúe locum frigidiorem reponantur, rursum acescunt: id, quod in aquis Embsensibus calidis juxta Lan fluviū; quæ ex fontibus acidis magna ex parte profluunt, experiri licet.

Idem Germanicis verbis repetit Theophrastus Paracelsus, tract. 1. therm. cap. 9. de acidulis Gœppingensibus: Göppingen/ sagt Er/ ist ein gemein Wasser/ vnd empfacht sein säure auß den mineralibus dardurch es laufft/ vitrioli, cupri, vnd ferri. Dieselbige art ist also subtil/ so bald es die Wärme ergreifft/

greifft / so entweicht der gustus, aber die Krafft/so darinnen ist/bleibt. 126

A quibus nihili quoque recedere videtur Leonhardus Fuchsius, antiquæ & syncerae medicinæ Sydus inextinguibile, qui lib.2.institut.suarum,sect.5.cap. 28. scribit, quòd acidæ,sive acidulæ, quæ etiam ignem senserint,urinam potæ moveant,calculosis medeantur,ebrietatemq; discutiant.

Quin idem inAuvvensibus aquis,quæ singulis diebus ad nos, Tubingenses, adportantur, cuique experimento comprobare liberum est.

At,præter hæc omnia, aliæ etiam inexpugnabiles rationes in eandem me sententiam necessariò pertrahunt.

Harum prima est;quòd substantiæ chymorum,fossilium,& mineralium, è quibus potissimùm prodeunt acidularum qualitates,lentâ etiam Spagyricorũ digestione & sublimatione non dissipantur, sed in fundo tandem lateribusúe vasorum sensibiliter obhærent.

Secunda est;quòd etiam balneæ ex acidulis paratæ,nihil,præ simplicibus,prodessent, si omnis earum virtus incalfactione abiret, cuius tamen contrarium divulgatâ medicorum praxi jam jam expeditum.

Tertia est; quòd qualitates manifestæ pleræque quibus imbutæ sunt acidulæ, veluti vis calefaciendi, attenuandi, incidendi, aperiendi, detergendi, discutiendi, vacuandi, ciendi alvum, urinam, menses, atq; Sudorem, calori non sunt contrariæ; ita ut ab eodem potius erigantur, quàm supprimantur, ex 1. Gal. de simpl. med. fac. 7.

Quarta est; quòd qualitates occultæ à substantia metallorum κατ' ἐντελέχειαν acidulis impertitæ, haut à calore, neq; ab eodem vitium tantum capere possunt.

Denique præcellentissimi quique medici solô hoc discrimine, aquarum naturalium potum præscribunt, quòd fortibus & adsuetis, vacuô ventriculô, frigidum eum permittunt; imbecillibus, nec adsuetis, aut tepidum, aut calefactum. De quo pluribus consulantur Iohan. Guinter. Andernacus, Gabriel Fallopius, Bartholom. Taurinens. Martinus Rulandus. Et seorsim Nicolaus Massa, Medicus Venetus celebratissimus: qui, in epistola quadam scripta de aquis Chalderianis, calidam severissimè imperat in dyspnæa, asthmate, ventriculi debilitate, fluxu hepatico, podagra, & aliis articulorum doloribus.

Quare hanc etiam quæstionem rectè ita finio: neque omnibus indigentibus, neque sub cœlo inæquali sitis, frigidum Acidularum

dularum potum bonum ſemper eſſe atque commodum. 127

SUCCRESCIT igitur nunc quartum Quæſitum aliud, de quantitate, ſive Menſura bibendi acidulas; num ſemper ea adeò plena copioſáve eſſe debeat; quartariorum ad minimum trium, quatuor, quinq;, ſex, aut plurium?

Sunt enim in ea Quidam opinione, quaſi parca iſtarum bibitio corpus fruſtrà moveat, nihilq́ue laudabile efficiat.

Ipſemet, annis abhinc novem, Ruſticum vidi in aquis Greiſsbacenſibus, prætendentem, ſe aliis etiam diſtrictum negotiis, intra octiduum, facilè curationem ſuam completurum eſſe. Atque ita, præter expectationem & diſſuaſionem omnium, ſubitò quaſi, factum eſt. Bis enim ſingulis diebus, repetitô hauſtu unô, menſuras uſuales aquæ quatuor, ſine reſpiratione ulla, avidè epotavit; dehinc acceleratô gradu montes altiſſimos aſſcendit, ſolis ſplendori totum corpus expoſuit, ſudavit, dejecit fætidiſſimè, & ab exactis diebus præſtitutis octo, ſanus, ſuopte aliorumúe judicio, domum receſſit.

Conſimilis Philoxeni, gruis collum ſibi quondam exoptantis, meminit etiam

D Iacobus

Iacobus Theodorus Tabernæmontanus, in sua acidularum pervenusta descriptione.

Sed oculatiùs hîc determinandi sunt veritatis limites.

Quantitatem remedii designat magnitudo morbi, id est, recessus temperiei, actionum, & usuũ, sanguinisq; à statu naturali. 4. meth. Gal. 6. Paria enim morbis remedia esse debent, quantum licet. Et necessum est omninò, immoderatum omne, ab immoderato contrario ad mediocritatem trahi. 85. Art. par. Gal. Moderatiora siquidem medicamina parum, aut nihil mutant; Immoderatiora Malum contrariũ mox inducunt. Gal. ib. Quare si plerisq; magnã Acidularũ copiam suademus; alterutrum horum nobis necessariò confitendum erit: Aut omnẽ invaletudinem uniformem & magnam esse: Aut magnitudine remedii nihil corpori noceri posse. Vtrumq; absurdum.

Deindè nemini medicorum obscurum est, omnium medelarum vires eò magis frangi, quò longiorem decursum habent per loca angusta & disparia, in quibus subindè aliquid à calore absumitur. 7. meth. Gal. ultim. 2. ad Glauc. 2. ceu invitis obvenit hystericis, pthisicis, nephriticis & arthriticis. Arte idcircò hîc est opus eâ, ut ad affectus partium remotarum, maiorem; propinquarum, minorem medicaminis dosin constituamus è Gal. Art. med. 84. Nec verò

in solis acidulis id quicquam ponderis habebit? Absurdum. 128

Natura profectò corporisq; calor vires medicamentorum dirigere debent, nè indefinitè atque confusè circumfluitando, turbas potius creent, quàm tranquillitatem œconomiæ humanæ. 3. de simpl. med. fac. Gal. 21. Et. 3. temp. 3.

Quoniam autem eædem inter se dissimiles, in aliis aliæ atque aliæ: & ne in duobus quidem prorsus pariles aut combinatæ sunt; quomodo unius alteriusque fontis luxuriosa usurpatio indiscriminatim omnibus benè cedet?

Abundè, opinor, scimus, quantum discrimen in quovis habitu, sexu, & ætate, Ipsa faciat, solam bibendi cupiditatem curiosiùs inspectantes. Crassi homines, pituitosi, rarò tantum bibunt, quantum tenues & biliosi. Pueri & senes adeò nunquam sitiunt sicuti adolescentes & juvenes. Virgines atque fœminæ plerunque citiùs Baccho implentur, quàm vel puberes, vel viri. Quid igitur causæ, rogo, est, quòd ibi, ubi non opus, naturam monitricem sequimur; hîc, ubi valdè opus est, eiusdem oscitanter obliviscimur?

Hoc verò multò iniquius; eum, qui parco potui iam adsueverit, ad paria acidularum pocula succésentem cogere velle, cùm

omnis violenta naturæ, sive genuinæ, sivè adoptatæ distractio, multo cum discrimine sanitatis complicata sit. 81. Art. med. Galen.

Et cur is, qui solitariam vitam semper egit, Musarum studio foroq; magis, quàm compotationibus & certaminibus Ebriosorum deditus, eandem cùm Rusticis, vinitoribus, nautis & fossoribus temulentis, bibendi conditionem subibit.

Vel sola Temporis ratio ab eodem nos fortiter absterrere debet: quandò nec ipsi ineunte Vere, vel Autumo, tantam aquæ copiam ingurgitare possumus; quantam mediâ Æstate, nedum etiam Hyeme; si modò ex quorundam præconcepta opinione tùm quoque Acidularum potui utiliter indulgemus.

Præterea cuiusque Lingua quemvis facilè edocet, acidulas alias vinosiores, alias aquosiores, alias terrestriores, alias spirituosiores esse: de quibus certè hę, ob virtutem, paulò parcius; illæ, ob virtutis carentiam, multò largiùs dabuntur, ut effectum prosperitent.

Materiæ porrò etiam morbificæ quantitate & qualitate differunt Acidulæ; dum semper illius abundantia, contumacia, & ferocitas, pleniorem aquæ mensuram nobis

bis præscribit; contractiorem, paucitas, morigeratio, & benignitas.

Tum etiam aliquibus Intestina, Ventriculus, & præsertim summum eius orificium, adeò mollia, rara, atque sensibilia sunt: ut, nisi attemperatam acidularum delibationem, citra valetudinis jacturam & defectionem animi, ferre non possint.

Et quis eat inficias, sola Vitrioli acrimoniâ, balsamoque mordaci, quæ in plerisque sunt fontibus acidis, integra interdum Viscera protinus exedi & exuri: quandoquidem spiritus oleaq; ipsorum, prædura plumbi, stanni, ferri, æris, argillæ, lapidumque incrustata vasa, tempore protractô, abradunt, atque depascuntur.

Et recensetur in Historiis superiorum annorum, inventum esse corpus demortuum, cuius viscera duo, cor, & ventriculus, è diuturno vitriolati liquoris usu, ita exesa siccatave fuerint.

Nec nescivit antiquitas. Princeps enim Medicinæ, post Græcos, Avicenna, tract. 5. nocument. aquæ de acidulis dixit; quòd intestina & stomachum ulcerent, nauseam faciant, & hydropisin. Sed isthæc quoque transeant.

Quid verò insuper prohibet, quò minus Fæces lutulentæ & tophaceæ, quæ aliâs in cisternulis, labris, & canalibus fontium

squamatim translucent, in cavis itidem Corporis partibus paulatim coëant & coacerventur: quemadmodum è consimili sabulo glutinoso, non solum in vesica, renibus, & visceribus cæteris, sed etiam intestinis foraminosis lapilli quondam concreverunt? Quæ enim solida & dura ab intimo calore naturaliter digeri non possunt; etiamsi magnâ sui parte subtus statim exeant; quisquilias tamen aliquas etiam parenchymatum & venarum tractrici facultati intus relinquunt: quæ sensim postea magis magisque impinguntur & sobolescunt. Vnde è Nucleis cerasorum & uvatum Acinis, colicæ; ab Arillis rubi idæi & mororum, lithiases procreatæ dicuntur.

Quin etiam temporis inconstantia & varietas polydædala multitudini potionis aliquid detrahit. Sirius enim ardentior aquarum Spiritus evocat, terrestritatem dimittit; Ventus impetuosior subtilitatem adimit, limositatem accersit; Tempestates & imbres magni per se aquam turbant, incrassant, & tùm hæc, tùm Insecta venenata multiformia, aquasq; sylvestres secum invehunt. Quare Turbidæ & obscuræ, (ut hoc anno aliquibus locis) spirituum parum, arenæ & cretæ mineralis multum congerunt minusque bibi patiuntur, ceu pluribus declarant Tabernæmontanus Libri sui cap. 9.

Georgius

130

Georgius Grasseccius libr. 2. cap. 2.

Aquæ amplius minerales nedum à qualitate manifesta; sed etiam occulto influxu operantur; ut haut ineptè philosophabatur Petrus Trapolinus, Ludovici Pasini, Medici Patavini, Præceptor.

Quisnam igitur Audaculus brutalem istam acidarum mensuram cunctis propinabit?

Catarrhosi aliqui, totô vitæ suæ curriculô, nihil sibi magis invidum experiuntur, quàm trucem & tyrannicum dentium dolorem, quem semper vitrioli, & interdum sulphuris resoluti stupefaciens aciditas immaniorem facit.

Meracior igitur hæc in aqua quadam (si maximè frigida bibenda sit) contractiorem mensuram subinnuit, etiamsi ventriculus, intestina, epar, pleraq; alia viscera, effusiorem potum postularent, & sustinerent.

Provoco demum ad Medicos ipsos, qui de divinis aquarum viribus, & recto earum usu elimatiùs commentati sunt, quàm sint diversi in dimetiendis aquis istis? quàm omnes inviti ad summum assendant? Tabernæmont. communiter quartarios tres; Andernac pocalia totidem; Grasecc. vitra duo; Alii aliter plusúe minusúe exhibent. Summatim, libentiùs infrà, quàm supra Summum, subsistunt.

Nam longitudine quoque uſus, re exigente], cum virium incolumitate, recompenſare illud poſſunt,quod dictis de cauſis, cum damno multo Gurgites iſti ſuperinfundunt.

Quandoquidem tutius ſemper omiſſis,in Corpore humano,addimus,quàm ingeſtis ſubtrahimus.1. Commentar. Galen. aphoriſ.1.

Poſtremò omnium, hoc mihi cupidè ab Aliquo perſpicuè dilucidatum velim: cur aliæ potiones alterantes pleræq; ad uncias duntaxat tres, quatuor, quinque, aut ſex, porrigantur: nec tamen in illa Doſi quicquam præſtare putentur ſolæ acidulæ? Solummodò medicatæ ſunt,aies? Sic verò & illæ. Efficaces valdè? Cur verò hæ minus? Cum pauco liquore ſimplici? Et hæ interdum pauciferæ.

Cui etenim ἀδύνατον videatur, tantam etiam virtutem acidis quibuſdam aquis à mineris mutuò datam eſſe, quantam aliæ nonnullæ naturales ab iiſdem acceperunt?

Annæbergenſis in Saxonia Electorali, referente. D. Henningô Scheunemanô Semipolitanô, cap. 14. diſcurſ. Philoſoph. tàm magnæ eſt activitatis,ſi ſcaturigo eius aquâ communi non ſit contaminata, ut

morbos gravissimos, & quidem chronicos, spatio.4.vel 5.dierum curet.

Multò ergo minori dosi tales aquæ assumendæ sunt.

Dum etiam juscula, electaria, tabulas, species alias aromaticas, Dogmatici veri aliis alii proponunt, id certè vel inviti admodum, vel cum consultatione magna, vel lance æquâ Aquilini adgrediuntur.

Siquidem tolerabilior est læsio ipsâ mortè, mortalive offensâ, quæ Sorbitionibus, jusculis, confortantibusque accommodis sæpè vindicata legitur, utut tantillo temporis processu tota coctio non perfici, chylusq; imperfectus in capacitate ventriculi coherceri possit.

Quod si venena antidoti, & haustus immodicos hydrotici calices abigere possunt, quid amabo Electuaria aptè adornata non præservabunt?

Subsignent ultimò tabellas, rotulas, species aromaticas, quascunque velint, id interim discriminis sedulò observant, ne pondus illarum Latam aquæ quantitatem vel excessu, vel defectu, suspectam reddat, sed corpori afflicto, sed mensuræ, sed circumstantiis æquabilem.

Huius fortassis memor Bartholomæus Montagnana tractat.3.reg.13. calidarum aquarum Patavinarum, Aponensium, S. Pe-

tri, Domus Nov.Mont. Grotti, S.Helenæ, Mont. Ortonis, non plus connivet bibendum, quàm uncias quatuor, vel octo.

Antonius Fumanellus cum Aleardo, libri sui de baln.cap.5.Calderianarum ferratarum maximâ quantitate libras tres.

Antonius Guainerius, Aquisanarum, libri sui de baln.cap.4.pintas tres.

Bartholomæus Taurinensis, cũ Michaële Savanarola, lib.sui.2.cap. 9. Aquensium, à libra media, ad lib.3.

Quocirca quarti etiam & ultimi huius problematis ultimum hoc sit: ne uni quidem aut alteri tantam aquæ copiam unquam adeò conferre quàm paulò minorem parcioremq;.

Sin cui de singulis singula minutiùs perscrutari animus est; multi in omnem partem elaboratissimi libri extant, Latio Teutonicoque sermone donati: è quibus spontè optima excerpere, mediocria obliterare, dubia Medicis committere potest: qui ipsi rogati, pauperibus, rudibusque Linguarum, pro debita pietate, operam suam non denegabunt.

Hæc verò omnia eò scripsi, Lector benevole: non ut quenquam à sacris hisce Silohæ fontibus graviùs deterrerem (revera enim sacra sunt multis anchora, & infallibile valetudinis restaurandæ asylum) sed

ut

ut Eorum primò confusam Linguam reprimerem, qui nisi de Acidulis, nil nostro seculo de meditrina fari possunt. Secundò, ut eos etiam Molliculos, qui semper sibi suisque Garrulis plus obsequuntur, quàm Medicis doctis & peritis, quantum in me est, ab Errore revocarem. Tertiò, ut egomet etiam certior hâc occasione fierem, num forsitan rectius quid adhuc dum acidis subesset. Quartò, ut me excusarem erga eos, quibus de præscripta earum Quantitate, minùs antehac consilia mea placuerunt.

Alii in Arte Medica exercitati & consummati πρωτοπείρῳ mihi facilè veniam dabunt, si modestè impingo: laudabunt, spero, vicissim, si quoquo modo veritatem, pro tenui mea parte, adjuvo.

Faxis Alme mundi omniumque Conditor, ut cùm his salubribus donis, tum aliis quibuscunqne muneribus tuis ritè semper utamur.

F I N I S.

TUBINGÆ,



Typis Theodorici VVer-
lini, Anno

M. DC. XV.

VROCRITERIVM
CHYMIATRICVM,

Siue

RATIO CHYMIATRICA EXACTE DIIVDICANDI VRINAS EX TRIBVS

Principiis actiuis, & vno Paſſiuo, hactenus neglectis Aphoriſtice oſtenſa,

Auctore

IOHANNE RHENANO
HASSO, MEDICO.



FRANCOFVRTI,
Typis Wolffgangi Richteri, Impenſis
AntonI HummI.
M. DC. XIV.

CLARISSIMO ET EXPERIentissimo Doctori Medico,

DN. IOANNI IACOBO GVGGERO BASILIENSI,

Amico singulari,

IOANNES RHENANVS HASSVS

Salutem dicit.

ETsi, clarissime vir, Domine & amice inter charos eximie, dissimulare est artificum: studia tamen nihilominus hominum solertium, naturæque penetralia scrutantium mediocri diligentia iuuanda sunt, & exornanda. Cum itaq; ante hoc tempo-

temporis de vrinis, non edendi, ſed in meos vſus reſeruandi gratia nonnulla theoremata tū Magni illius Medicorum Monarchæ Theophraſti Paracelſi, vſu comprobata, tum mea experientia multum cōfirmata, conſcripſerim, atque in aliquam methodum redegerim, inſtitiſti vir clariſſime, vt iſtud communicarem cum aliis. Tametſi igitur nihil minus inſtitueram, quam doctiſſimo, politiſſimoq; hoc ſeculo de mea tenuitate quicquā in medium proferre, præſertim cum tot eruditiſſimi viri è proſcenio in hāc arenam quotidie prodeant: tamen

quia tibi videntur in commune bonum lucubratiunculæ meæ cedere, malui profectui multorum ſolertius inquirẽdi obſeruationibusque quotidianis naturã inueſtigandi anſam præbere, quam ſilentio, quamuis tutò, inuoluere, quod alicui vſui eſſe poſſet. Vela itaq; ventis commiſi, & ea quæ ab aliis minus obſeruata fuerunt dedi, quæ obſcura, declaraui, ordineq; digeſſi pleraque omnia, ita vt cuilibet priora poſtremis iungenti ad exactam vrinæ cognitionẽ aditus pateat. Si erratum quippiam fuerit (quanquam nihil eſſe confido) tuæ & alio-

rum præstantissimorum cē-surae lima vel corrigenda, vel saltem animaduertenda, lubens exhibeo: scio tamen, ad rem ipsam quod attinet, nihil ab experientia alienum fore.

Quia vero antiquitas obtinuit, vti suas lucubrationes aut tutori, aut patrono, aut amico adscriberet, te ex aliis, tam ob tuam insignem eruditionem & præstantiam, quam ob summam in me beneuolentiam, eximium candorem & amicitiam nō vulgarem, elegi, cui hoc, quicquid est, vrocriterii cō-secrarem. Accipe itaque, vir præclarissime, istud munus-culum

culum à tua professione non alienum, ea mente, qua tibi dicatum est, & me, vt facis, ama, nec non ad Nestoreos annos sorte prospera vtere, viue, vale. Cattorum Marpurgi. Antepenultima August. Ann. CIƆ IƆC IX.

rum præstantissimorum cẽsuræ lima vel corrigenda, vel saltem animaduertenda, lubens exhibeo: scio tamen ad rem ipsam quod attinet, nihil ab experientia alienum fore.

Quia vero antiquitas obtinuit, vti suas lucubrationes aut tutori, aut patrono, aut amico adscriberet, te ex aliis, tam ob tuam insignem eruditionem & præstantiam, quam ob summam in me beneuolentiam, eximium candorem & amicitiam nõ vulgarem, elegi, cui hoc, quicquid est, vrocriterii cõsecrarem. Accipe itaque, vir præclarissime, istud munusculum

culum à tua profeſſione non alienum, ea mente, qua tibi dicatum eſt, & me, vt facis, ama, nec non ad Neſtoreos annos ſorte proſpera vtere, viue, vale. Cattorum Marpurgi. Antepenultima Auguſt. Ann. CIↃ IↃC IX.

RAPHAE-

RAPHAELIS EGLINI I-CONII TIGVRINI D.

Hexametro-Iambicum.

OMnia naturæ gremiò contenta patescunt,
Et tempore abdita eruuntur omnia.
Non, secus ac Euangelio prædixit Iesus,
Nil esse opertum, non apertum quod velit.
Vnde iubet tacitæ commissa fideliter auri,
Producere, & quibuslibet prædicere.
Namq; grauis manet hunc, & iusto fœnore pœna,
Talentum inique qui solo mandauerit.
Tu melior, RHENANE, *decus, Chymiatriæ lux, &*
Flos Hassicæ gentis beate, (amice mi)
Non pateris, vero quæ sunt tibi cognita sensu,
(Lanugine obducente mentum primula)
In Chymiatriæ gremio latitare sepulta
Criterii secreta fontis Clinici.
Vrinam inspexisse iuuet, duce & auspice IANO
HASSO. *Latentis plus inest hic commodi,*
Quam Medicus quisquam possit cognoscere forsan,
Si tegmen auferas operto vultui.
At tu IANE IACOBE *recens* GVGGERE *create*
Marpurgica inuidende doctor in schola,
Gaude forte tua, gaude acclamantis amici
Nouâ IOANNIS *dedicatâ paginâ.*

ANAGRAMMATIZOMENVS
IOANNES RHENANVS
per
REGNERVM BARELS FRISIVM.

Quæritur ANNE SONES VRINA Renane Ioan-
Sic est; Res, Auctor, conueniuntq; Liber. (nes?
SCHE.

S V M.

tis.

crocea.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VROCITERIVM CHYMIATRICVM.

CAP. I.

De Generalibus.

I.

NON temere Hippocrates Medico prudentiam, futurorumque cognitionem necessariam esse iudicat, quandoquidem solius Medici, prudentis, inquã, & periti est, hominis naturam ac partes earumq; tum prosperam, tũ aduersam nouisse valetudinem. Cum autem nonnulla in profundis humani corporis latibulis sita non nisi signis quibusdã dignosci queant, de vrinis, vtpote signorum prę-

ſtantiſſimo, quædam tractare & pro mea tenuitate proſequi fert animus.

II.

Eſt autem vrina excrementum primarium, ſalem, quem natura ab ingeſto nutrimento ſecreuit & neglexit, cum humoribus aquoſis ſuperfluis excernens.

III.

Sed priuſquam ipſum de vrinis iudicium aggrediamur, de generalibusq; nonnullis admonere neceſſarium ducimus, ea præſertim proponentes, quæ tum ad ipſam vrinam ſpectant, tum ad Medicum pertinent.

IV.

Ad vrinam quod attinet, docendum eſt, quando & quomodo illa excipi exceptaque conſeruari debeat.

V.

Vrina itaque à cœna prima quæ ex-


excernitur ad iudicandum nullius eſt momenti, ſicuti etiam ſecunda: tertia vero etiamſi aliquãdo (quod tamen raro accidit) veri quippiam notet, vtcunque tamen fallit, proinde quarta, aut poſt illam quinta vel ſexta (modo ante ientaculum excipiatur) eſt eligenda, cum illa propius ad rei veritatem Medici iudicium adducat: nec non ad perſeuerantiam alterationemq; ſubſtantiæ & contentorum perſcrutanti conducibilis ſit.

VI.

Vrina vero crapuloſa, qualiſcunque illa ſit, parum indicat, quia iſta digeſtione, ſeparatione & expulſione nondum completa, egeſta eſt.

VII.

Præterea ſi vrinæ hypoſtaſis [de qua poſt] alba fuerit, illa nihil ponderis habet; neq; à Medico æſtimari debet. Omnia enim eius indicia,



CLARISSIMO ET EXPERIentissimo Doctori Medico,

DN. IOANNI IACOBO GVGGERO BASILIENSI,

Amico singulari,

IOANNES RHENANVS HASSVS

Salutem dicit.

ETsi, clarissime vir, Domine & amice inter charos eximie, dissimulare est artificum: studia tamen nihilominus hominum solertium, naturæque penetralia scrutantium mediocri diligentia iuuanda sunt, & exornanda. Cum itaq; ante hoc tempo-

temporis de vrinis, non edendi, ſed in meos vſus reſeruandi gratia nonnulla theoremata tũ Magni illius Medicorum Monarchæ Theophraſti Paracelſi, vſu comprobata, tum mea experientia multum cõfirmata, conſcripſerim, atque in aliquam methodum redegerim, inſtitiſti vir clariſſime, vt iſtud communicarem cum aliis. Tametſi igitur nihil minus inſtitueram, quam doctiſſimo, politiſſimoq; hoc ſeculo de mea tenuitate quicquã in medium proferre, præſertim cum tot eruditiſſimi viri è proſcenio in hãc arenam quotidie prodeant: tamen quia

quia tibi videntur in commune bonum lucubratiunculæ meæ cedere, malui profectui multorum ſolertius inquirẽdi obſeruationibusque quotidianis naturã inueſtigandi anſam præbere, quam ſilentio, quamuis tut , inuoluere, quod alicui vſui eſſe poſſet. Vela itaq; ventis commiſi, & ea quæ ab aliis minus obſeruata fuerunt dedi, quæ obſcura, declaraui, ordineq; digeſſi pleraque omnia, ita vt cuilibet prioɪa poſtremis iungenti ad exactam vrinæ cognitionẽ aditus pateat. Si erratum quippiam fuerit (quanquam nihil eſſe confido) tuæ & alio-

rum præstantissimorum cẽsuræ lima vel corrigenda, vel saltem animaduertenda, lubens exhibeo: scio tamen ad rem ipsam quod attinet, nihil ab experientia alienum fore.

Quia vero antiquitas obtinuit, vti suas lucubrationes aut tutori, aut patrono, aut amico adscriberet, te ex aliis, tam ob tuam insignem eruditionem & præstantiam, quam ob summam in me beneuolentiam, eximium candorem & amicitiam nõ vulgarem, elegi, cui hoc, quicquid est, vrocriterii cõsecrarem. Accipe itaque, vir præclarissime, istud munusculum

culum à tua professione non alienum, ea mente, qua tibi dicatum est, & me, vt facis, ama, nec non ad Nestoreos annos sorte prospera vtere, viue, vale. Cattorum Marpurgi. Antepenultima August. Ann. CIↃ IↃC IX.

RAPHAELIS EGLINI I-
CONII TIGVRINI D.

Hexametro-Iambicum.

Omnia naturæ gremio contenta patescunt,
Et tempore abdita eruuntur omnia.
Non, secus ac Euangelio prædixit Iesus,
Nil esse opertum, non apertum quod velit.
Vnde iubet tacitæ commissa fideliter auri,
Producere, & quibuslibet prædicere.
Namq; grauis manet hunc, & iusto fœnore pœna,
Talentum inique qui solo mandauerit.
Tu melior, RHENANE, *decus, Chymiatriæ lux, &*
Flos Hassicæ gentis beate, (amice mi)
Non pateris, vero quæ sunt tibi cognita sensu,
(Lanugine obducente mentum primula)
In Chymiatriæ gremio latitare sepulta
Criterii secreta fontis Clinici.
Vtinam inspexisse iuuet, duce & auspice IANO
HASSO. *Latentis plus inest hic commodi,*
Quam Medicus quisquam possit cognoscere forsan,
Si tegmen auferas operto vultui.
At tu IANE IACOBE *recens* GVGGERE *create*
Marpurgica inuidende doctor in schola,
Gaude forte tua, gaude acclamantis amici
Nouâ IOANNIS *dedicatâ paginâ.*

ANAGRAMMATIZOMENVS
IOANNES RHENANVS
per
REGNERVM BARELS FRISIVM.

Quæritur ANNE SONES VRINA Renane Ioan-
Sic est; Res, Auctor, conueniuntq; Liber. (nes?

SCHE-

S ꝙ V M.

tis.

crocea.





VROCITERIVM CHYMIATRICVM.

Cap. I.

De Generalibus.

I.

NOn temere Hippocrates Medico prudentiam, futurorumque cognitionem necessariam esse iudicat, quandoquidem solius Medici, prudentis, inquã, & periti est, hominis naturam ac partes earumq; tum prosperam, tũ aduersam nouisse valetudinem. Cum autem nonnulla in profundis humani corporis latibulis sita non nisi signis quibusdã dignosci queant, de vrinis, vtpote signorum prę-

excernitur ad iudicandum nullius eſt momenti, ſicuti etiam ſecunda: tertia vero etiamſi aliquãdo (quod tamen raro accidit) veri quippiam notet, vtcunque tamen fallit, proinde quarta, aut poſt illam quinta vel ſexta (modo ante ientaculum excipiatur) eſt eligenda, cum illa propius ad rei veritatem Medici iudicium adducat: nec non ad perſeuerantiam alterationemq; ſubſtantiæ & contentorum perſcrutanti conducibilis ſit.

VI.

Vrina vero crapuloſa, qualiscunque illa ſit, parum indicat, quia iſta digeſtione, ſeparatione & expulſione nondum completa, egeſta eſt.

VII.

Præterea ſi vrinæ hypoſtaſis [de qua poſt] alba fuerit, illa nihil ponderis habet, neq; à Medico æſtimari debet. Omnia enim eius indicia,

& inde orta iudicia fallunt, cum nihil veri ex ea addisci possit.

VIII.

In grauissimis autem morbis, qui in nutritionis regione, hoc est, à stomachi orificio, ad excretionem in vesica vsque, sedem minus posuerunt, sed in aliis membris locisve latent, opera est adhibenda, vt æger toto die nihil cibi aut potus sumat, aut si à cibo abstinere non poterit, à potu saltem sese cohibeat. Tunc enim de morbis grauissimis præsens iudicium habere poteris.

IX.

Quomodo porro vrina sit excipiēda, scitu opus est, vt illa iam iam egesta vasi vitreo aut fictili includatur, ne spiritus exspirare queant, neque vllo alio vase, quam prædictis est vtendum.

X.

Si vrina in matula vrinaria posita attactu subcalida fuerit, in illa

minus exacte ſpectantur contenta & ſubſtantiæ, color tamen perfecte apparet; vbi vero refrigerata fuerit, eadem hora, aut alias intra ſex inſpiciatur.

XI.

Vrina vltra ſex horas non eſt reſeruanda, quia illo tempore elapſo corrumpitur & inepta eſt.

XII.

Si frigore aut alia occaſione turbata vel incraſſata mutatione fuerit, ad ignẽ poſita ac diſſoluta mouendo cum fæcibus probe commiſceatur, ne fæces neglectæ errorem pariant; tandem in vrinale infundatur & poſt quartam horæ inſpiciatur ac iudiciũ feratur. Quippe in calida, aut ſuper cineres calidos poſita hypoſtaſis diſſoluitur, permiſcetur, & quieſcendo ſuam ſedem recipit.

XIII.

Spiſſas vrinas nedũ lucidas commouere prodeſt, prius quã omnia

debite examinauerimus, ne contenta concussa suam sedem effugiant, & bullæ aut spumosæ quædam superfluitates enascantur, indeq; flatulentos, salinosve spiritus adesse iudicauerimus.

XIV.

Hic de vrinali breuiter admonere inconueniens esse non videtur. Debet autem vrinale ex vitro albo & tenui fieri, vt colores eo exactius appareant. Viride enim si fuerit, non solum de coloribus aliquid immutat, sed substantiæ quoque iudicium peruertit: adde, quod contenta in illo non exacte apparent.

XV.

Figuram matulæ admodum patentem esse non conuenit, sed vt altitudini quoque locus sit, per quem contenta contineri valeant, necesse est. Neque nimis arcta aut lata, alta, crassa vel duplex esto, sed quoad eius fieri potest, simplex & læuis,

læuis, multam ad fundum vrinam continens, in triplici dimenſione æqua proportione correſpondens, vt quantitas vrinæ, quæ omnino & perfecte excipienda eſt, conſpici poſſit.

XVI.

Ad Medicum præterea, quod refert, conſiderabit ille locum vrinam inſpiciendi & hominum ætatem, ſexum, nec non anni tempus.

XVII.

Locus in vrinis ſpectandis commodus erit, non vmbratilis, neque nimis lucidus, ſed inter hos medius quo contenta manifeſte videantur. Quod ſicubi loca fuerint valde obſcura, ad ſublucidum locum, vbi latentia pateant, vrina eſt transferenda.

XVIII.

Neque ad candelæ lumen conſideranda. Color enim alteratus apparet.

XIX.

Vrinæ ad ſolares radios conſpectæ color remiſſior eſt. Quare manum tuam, aut pannum nigrum vrinali & ſoli interpone, atque tum demum color & contenta diſtincte diſcerni poſſunt, neque oculorum tuorum acies hebetatur.

XX.

Infantibus inſuper (vt ad ætates veniamus) aquoſæ, lucidæ, & crudæ minguntur vrinæ.

XXI.

Puerorum vrina ſanior eſt ſubſtantiæ ſpiſſioris (diaphana enim lethalis eſt) à ſubaureis & ſubcroceis parum recedens, iuuenum vrinas ſubſtantia quodammodo excedens, & hypoſtaſis cumulatam congregatamque continens.

XXII.

Eſt autem hypoſtaſis, poſt fundum ſubſidens vrinæ portio per totam vrinam æquabiliter diffuſa, & pyramidali more contiguo ſurſum

ſum vergens. Quia enim hypoſtaſis non omnibus ſuis partibus æque grauis eſt, quod eſt grauiſſimum matulæ [quantum poteſt] fundum petit, deinde quod paulo minus habet grauitatis, ſubſequitur, vt tandem, quod minimum graue eſt, acumen faciat. Aduertẽdum eſt hic, hypoſtaſis vocabulum ab authoribus pro varia ſitus & loci ratione triplex ſtatui: vel enim in imo reſidet & proprie hypoſtaſis dicitur, nos ſedimentum appellamus; vel in medio propendet, quod ἐναιώρημα Græci appellant, latini ſuſpenſum vel ſublimamentum dicunt, hoc nobis eſt hypoſtaſis, & quandocunq; hypoſtaſis nomine vtimur, illud intelligere volumus; vel ſumma facie innatat & nubes nebula & nubecula dicitur.

XXIII.

Quo pueri ſunt natu maiores, eo intenſiores vrinarum colores adeunt, ſed hypoſtaſis quantitas minuitur. In

XXIV.

In iuuenibus temperatis & ætate florentibus vrina eſt ſubaurea, & ſubcrocea mediocrisque hypoſtaſis.

XXV.

Quantum ad ſenectutem ætas declinat, tantum ad album colorem vrinæ recedunt. Pallidior enim fit ſulphuris tinctura, & hypoſtaſis indies fit minor & obſcurior, quod quidem eorum debilitati, non ſenio, eſſe adſcribendum cenſeo. Plura igitur contenta exſpectantur à pueris, quam in iuuenibus & ſenibus, ratione quietis & facilioris concoctionis.

XXVI.

Porro obſeruandum, iuuencularum (quo ad ſexum) vrinas habiliores eſſe vrinis iuuenum. Hypoſtaſis enim earum fit longior, minutior quodammodo & omnino ſubtilior, iuuenum autem ſemper craſſior.

XXVII.

Puellarum vrina habet in fundo adhuc paruam hypoſtaſin, quæ non bene aduertentibus cum ſuperiore contigua apparet, attamen eadem hypoſtaſis non eſt, ſed ab illa quamuis ſit minutiſſima, diſtincta matricisque propria eſt, ac mulierem ſanam & fœcundam indicat, quod in viris non accidit.

XXVIII.

Vt vero rectius hypoſtaſes illas oculis tuis ſubiicere poſſis, mouenda eſt mulierum vrina. Mota enim parit paruas bullulas inter illas duas hypoſtaſes; eſtq; infallibile muliebris vrinæ ſignum.

XXIX.

Menſtruo autem deficiente hypoſtaſis illa parua non cernitur amplius, & eſt ſignum olim fœcundæ, quamuis poſtea cum laſſitudine grauedinem ſentiat, vergitque conſueta hypoſtaſis ad albedinem,

& ſecundum vitrum vndiq; plumbea, vti circulus eſt, etiamſi iſtæ mulieres ſint ſanæ. Secus eſt in viris, quorum vrina ſemper eadem manet, niſi in decrepitis, vbi colores (vt dictum eſt) alterantur.

XXX.

Mulierum inſuper vigentis iuuentæ atque temperatarum vrinæ nō multum recedunt à colore ſubaureo & ſubcroceo, verſus album tamen declinantes, & ſubſtantiæ lucidioris, quodammodo ſunt, quam virorum.

XXXI.

De vrinis quæ per anni tempus apparent, nunc dicamus. Vere igitur quantum tempus ad calidum proceſſerit, tantundem vrinarum colores à ſubſpiceo & ſpiceo (à ſpicis dicto) diſcedens, procedunt ad colorem ſubaureum & ſubcroceum: hypoſtaſis vero à ſpiſſiore incipit mutari in lucidam.

Cum

XXXII.

Cum æſtas incipit, tum vrinæ apparent ſubaureæ & ſubcroceæ: ſubſtantia vero lucida: hypoſtaſis mediocri tenuior apparere incipit alba, leuis & æqualis: procedente vero æſtate & ad ſummum accedente, quantitas humoris minor ex proportione ſpectatur.

XXXIII.

At vero vbi autumnus acceſſerit, tum colores reuertuntur ad mediocritatem, ſed fulgor & diaphanitas adhuc manent, hypoſtaſis eſt obſcura: procedente autem autumno ad mediocritatem ſecundum omnia redit vrina.

XXXIV.

Quando vero Sol fuerit circa hyemale ſolſtitium : tum vrinæ quantitas ex proportione redditur, & color in albedinem vergit, hypoſtaſis eſt maior, reliqua vero mediocria.

Pro-

XXXV.

Procedente hyeme vrinæ ſubſtantia inæqualis eſt. Nam interdum ſpiſſa, interdum lucida: quantitas autem humoris maior eſt ex proportione rei ebibitæ, contenta vero maiora & incocta.

XXXVI.

Vbi æquinoctium vernale adeſt, hæc diſſeparantur, & ad mediocritatem vt redeant, diriguntur.

XXXVII.

His generalibus obſeruationibus (quæ maxime neceſſariæ, obſeruatuque digniſſimæ ſunt) præmiſſis, ad vrinã ipſam nos conuertemus. Præter hæc caueat medicus ne decipiatur ab his quæ vrinæ liquorem & contenta immutare ſolent: ſæpe enim cauſſis naturalibus, & præter naturam alteratur vrina, quæ nihil lethale nec ſiniſtri præ ſe fert. Inter cauſſas non naturales agnoſco cibum & potum, vt quando ab vſu pulticulæ ſiligineæ

aut

aut lactis ſæpius albæ vrinæ funduntur, vel ab vſu pulticulæ leporinæ nigræ: Rheubarbarum, crocus, rubia tinctorum ſuo colore vrinam inficiunt: Aſparagus, terebinthina alieno perfundunt odore liberalior aquæ potus tenuem crudamque profundit vrinam.

XXXVIII.

Ab iis quæ præter naturam ſunt vrina etiam immutatur, vt ab vlcere renum & veſicæ, ita enim nunc craſſæ, nunc cruentæ, nunc purulentæ effluunt.

CAP. II.

De vrina ſana.

I.

QVoniam contrariorum eadem eſt diſciplina, illaque iuxta ſe poſita clarius elucefcunt, priuſquã ad non ſanam vrinam venerimus, de ſana nonnihil dicemus, vt hac perfecte cognita, cognoſcatur & illa exactius.

Vrina

II.

Vrina autem ſana vt plurimum cognoſcitur, quando ſulphuris tinctura vicit. Illa enim aurea ſanam corporis conſtitutionem annunciat. Nihil etiam refert, ſi ſubaureus color ſpiceus vel ſubſpiceus fuerit, pallidior etiam pro perſonæ conſtitutione eſt perpendendus.

III.

In Vrina ſana Ventriculi, Epatis & Renum concoctio eſt ſpectanda, ſicuti etiam eorundem ſeparatio & expulſio. Ex eorum enim conſtitutione bona ſanitas pendet.

IV.

Separandi facultas ventriculi vrinæ coloribus dignoſcitur. Quippe ſeparato iam ſulphure crudo color ſpiſſus topazio ſimilis in ſtomacho remanet, quem ſi vrina profert hac ex parte ſeparationem ſanam eſſe non dubitamus.

V.

Quod ſi ſalis aut mercurii colores

res excesserint, vrina est abominanda. Absolutam autem salis separationem ventriculi, tum exacte concinnata hypostasis, tum color eiusdem inter fuscum & cœlestem medius ostendit.

VI.

Mercurii eadem est habenda ratio. Quando enim ille,[qui natura grauis fundum petit] supremæ vrinæ tam substantia quam colore simillimus fuerit, separatio eius est bona.

VII.

Notandum hîc, sulphur supremam vrinæ partem, sal mediam, & in hac hypostasin, Mercurium autem infimam regionem semper occupare.

VIII.

Concoctionis signa sunt: Vrina in substantia ac colore diaphana salis exactam digestionem docet. Pari modo quando ea, quæ in fundo resident, ac hypostasis, summaque

vrinæ pars iusto dissident interuallo Mercurium probe coctum iudicabis.

IX.

Silentio tamen non prætereundum in vrina, præsertim exteriore, fundum semper aliquãtulum spissiorem superiore parte, attamen perspicuum & transparentem requiri.

X.

Expultrix porro facultas non est negligenda, quam plane nulla ex parte excessisse vrinæ quantitas vna cum hypostasi demonstrat.

XI.

Proinde in quantitate vrinæ vt cognoscere possis, habebis vas octo vnciarum, cui vrinam infundes, atque ad lancem appendes, & quando exacte octo vncias librauerit, vrinam sanam esse iudicabis; quo vero magis ad septem vncias declinauerit, etiam magis ad sulphur accedit. Sin autem octo vnciarum pondus

dus exceſſerit, mercurialis morbus inſtat. Sed cum receſſerit, ad ſex vncias vel circiter, ſalis eſt. Sal etenim vrinæ reliquis duobus principiis leuius eſt.

XII.

Hæc in decrepitorum vrinis obſeruanda ſunt: at in juvenibus res aliter ſeſe habet, ſiquidem eorum vrina eſto ſex vnciarum, ſi vero alterutram partem comperies diminutam, minus bene habentis eſt indicium.

XIII.

Atque ex his aduerſa ſtomacho quæ accidere poſſunt, ad vnguem iudicabis.

XIV.

Hactenus de proſpera ſtomachi valetudine. Hepatis quod attinet, deprehendes illam, ſi ea, quæ in vrina continentur diaphana, clara & perſpicua reluxerint. Eaque inprimis laudatur vrina, quæ radios in manum transfuſos reflectit,

ſulphurque optime ſeparatum teſtatur. Quod vero in fundo reſidet, ſi tantum lucidum fuerit, vt radii eius per vtrumque fundum appareant, mercurium ad amuſſim ſegregatum denotat.

XV.

Concoctionem oſtendit vrina agitata lucidiorem ſeruans habitum. Idem quoq; hypoſtaſis, commotione non diſperſa, monſtrat. Fundus autem immotus, nec in minimas diſtractus partes mercurium bene digeſtum ſignificat.

XVI.

At hypoſtaſis in ſuperiore parte lata, defectum virtutis expulſiuæ annunciat. Hypoſtaſis enim proprium eſt ſurſum in acutum vergere, & acumine ſuperiora tangere.

XVII.

Hæc de Hepate: Renum habitum declarant color, hypoſtaſis, atque ea, quæ fundo continentur, recte ſe habentia, nullaque agitatione

ne turbata, quamuis eorum quantitati, iusto tamen retento situ & ordine, nonnihil detrahatur.

XVIII.

Vrina aurea exactæ in renibus separationis est signum.

XIX.

Vbi fundi minus dignosci poterunt, mala separatio denotatur.

XX.

Fundus clarus dupliciter ad manum reflectens, spiceus vnus, subspiceus alter bonam separationem significat, nulla tamen præsente spuma.

XXI.

Spuma enim in exteriore vrina absolute podagram, nec quicquam aliud indicat.

XXII.

Vrinæ itaque perfecte sanæ indicia sunt; Hypostasis porosa, contigua, & symmetriam non excedens, cui color ad latus vtrumque pertensus, summaq; eius parte re-

lisus sit,& cum vrina à Medico egregie turbata spumam reddit,eaque ex motu causata subito euanescit, hypostasi decenter medium tenente, fundoque bene se habente.

XXIII.

Hæc de vrina sana in præsentiarum dicta sufficiant, cui quicquid alienum acciderit, inauspicatum iudicabis.

CAP. III.

De vrina Tartari Alcolizati.

I.

Vrina est simplex aut mixta.

II.

Simplex est quæ vno & simplici circulo [vulgo corona] cognoscitur.

III.

Circulus est exterior vrinæ supremæ

 151

premæ pars, vitro vndique adhærens.

IV.

Simplex vrina eſt externa aut interna.

V.

Externa habet circulum liuidum, & prouenit ex nutrimentis, nec quicquam aliud, quam quod ad ſtomachum, epar, renes, veſicam, & totam iſtam nutritionis regionem attinet, denotat, atque in his ſeparationem puri ab impuro, digeſtionemq; ac expulſionem ſalis, ſulphuris & mercurii docet. Hypoſtaſis enim ſalis, color ſulphuris, fundus mercurii qualitatem oſtendit.

VI.

Vrina non ſana externa eſt Tartari & Rubini.

VII.

Vrina tartari, eſt vrina exterior morborum ex tartaro oriundorum habitum declarans.

VIII.

Vrina tartari eſt congelata vel reſoluta.

IX.

Congelata, eſt quæ in membris nutritioni deſtinatis congelatum tartarum demonſtrat.

X.

Eſtque Alcolita vel Tremula.

XI.

Vrina Alcolita, eſt quando tartarus in partes minutas diſſolutus exit, quod multipliciter fit. Aliquando exeunt cum vrina granula alba, aliquando vſnea apparet, ſicuti in matulis arena fundo adhærens cernitur.

XII.

Aliquando nihil conſpici poteſt, at ſi per aliquot horas matulam ſepoſueris, donec vrina refrigeſcat, adhærere matulæ vſneam aut pruinam videbis.

XIII.

Alcola autem hac occultata apparent

159

parent fibræ albæ inſtar conciſæ lanæ. Nonnunquam illa alcola in liquorem mucilaginoſum reſoluitur,& vrina in fundo ſpiſſa eſt, quæ omnium peſſima eſt,& præſentiſſimum calculi in veſica ſignum eſſe dicitur.

XIV.

Quia vero membrorum concoctioni deſtinatorum morbos hinc inde inquirere conuenit,ſciendum eſt, hypoſtaſin indicare tartarum Stomachi, diuulſionem Epatis, Sedimen vero Renum.

XV.

Diuulſio, eſt quando hypoſtaſis inſtar nebularum eſt diuulſa ac diuerſa.

XVI.

Sedimen eſt, cum ſpiſſa nubes aut nebula in fundo reſidet.

XVII.

Si Hypoſtaſis eſt poroſa, huncq; locum occupat,illum vero minus, nec non in foraminibus aut poris

alcola cernitur, eſt ſignum tartari in ſtomacho, & poterit indicium eſſe arſuræ ſtomachi, orexis, aut compreſſionis thoracis in furcula pectorali, cum ſuis ſymptomatibus.

XVIII.

Si hypoſtaſis fuerit rubicundior vrina, vehementes ſtomachi dolores decernit.

XIX.

Si hypoſtaſis ſuperiorem vrinæ locum obtinuerit, non mediocrem capitis dolorem adeſſe ſignificabit.

XX.

Quando autem ceciderit fruſtulatim divulſa ac foraminoſa, eſt ſignum tartari in hepate, inde compunctiones in latere dextro, & hæc diuulſio rubea acutiorem morbum deſignat, & ægros frigidiores habere manus oſtendit.

XXI.

Quod ſi diuulſio fundum verſus

ſus reſidet, ſignificat tartarum in inferioribus hepatis partibus infra coſtas.

XXII.

Sedimen cum fundo reſidens oſtendit tartarum in renibus præcedere. Illo autem rubeo exiſtente, morbus eſt acutior.

XXIII.

Vrina cum ſedimine nebuloſo rubea ſignificat pruinam aut vſneam in renibus, in fœmoribus dolores mouentem.

XXIV.

Si arena cum ſedimine apparet, vitium ſtomachi, & in furcula pectorali compreſſiones indicantur.

XXV.

Sin grandines aut pruinam refert, ſemper in renibus erit, & eſt generatio marmoris rubei.

XXVI.

In alcola tamen inprimis conſideranda ſunt qualitates, accidentia & ſigna.

Qua-

XXVII.

Qualitas eſt triplex, reſoluta, arenoſa, & mucilaginoſa.

XXVIII.

Reſoluta alcolæ qualitas, eſt, cum tartarus prorſus occultatur, nec vllum ſuperiorum ſignorum emittit, ſed reſolutus ab vrina ſeparatur, diſcretusque ſupra alium ſignificatur.

XXIX.

Hæc reſolutæ alcolæ qualitas alba, lactea vt ſerum lactis, & aquea ſignificat calculum ex lapillis & generationem lapidis.

XXX.

Rubea, ſubrubea, aurea, crocea, tincta docet arenam & marmor.

XXXI.

In quorum vrinis veluti arenulæ conſiſtunt, iis veſica ex calculo laborat.

XXXII.

Arena alba vt farina furfurea, ſignificat calculum ex lapillis cum bolo

153
Bis

bolo Rubea vero citrinaque qualitatem materiæ ſicuti apparet, oſtendit, aliquando etiam ab vlcere & ſcabie veſicæ prouenit.

XXXIII.

Alba vrina cum arena alba, lapidem veſicæ denotat.

XXXIV.

Vrina rubea cum arena rubea, ſignum lapidis rubei in renibus.

XXXV.

Si vrina arenoſa habet ſedimen, ſignum eſt futurorum grandinum.

XXXVI.

Quibus cum vrina ſpiſſa caruncnlæ paruæ, aut veluti capilli exeunt, præſertim ſi rubeæ, nulla præſente febre iis à renibus ſecernitur, & ſignificat renum obſtructionem & inde ortam inflammationem, à mucilaginoſo tartaro, ſicuti fit in ſtranguria, diſſuria atque in iſtius lateris pede, in cuius rene iſtud malum eſt, aliquo modo ſentitur.

XXXVII.

Si cum eiusmodi vrina purulenta quædam materia excernitur, renum aut vesicæ exulcerationem idque pro materiæ colore demonstrat.

XXXIX.

Ostendit etiam nonnunquam semen post Venereũ actum prodiisse, aut exulceratam gonorrhæam. Sed in mulierum vrinis menstruum album, vel impuram matricem denotat.

XL.

Quibus cum vrina spissa furfurea quædam simul exeunt [subintellige cum quadam pinguedine vrinis supernatante] iis vesica scabie laborat. Quibus autem eiusmodi vrina cum febri procedit, iis febris in profundis vasis infixa & periculosa est.

XLI.

Hæc de qualitate arenosa: Mucilaginosa, est cum mucilago quædam in vrina reperitur.

154

XLI.

Mucilaginoſa, bituminoſa, viſcoſa, tartarum non ſatis confectum eſſe docet.

XLII.

Si ea fuerit alba, ſignum eſt vehementis lapidis.

XLIII.

Arena cum mucilagine, plurium lapidum ſignum eſt, & quamuis mucus ille non ſit lapis, lapidis tamen indicium eſt.

XLIV.

Si mucilaginoſa fuerit aurea, ex ſpermate prouenit.

XLV.

Hucuſque qualitates: Accidentia alcolæ, ſunt ſanguis, pus, ſanies, & reſtrictio.

XLVI.

Quicumque ſponte ſanguinem mingunt, vt vrina aquam tingere poſſit, iis à renibus venula rupta ſignificatur. Venulam hanc tartarus aperuit, & tum ſine dolo-

cernitur, quæ aliquando rurſus per ſe ipſum conſolidatur, aliquando iterum aperitur.

XLVII.

Quod ſi fruſtulatim exit, ſignũ eſt ſanguinis coagulati, qui multoties hominem interimit.

XLVIII.

Sanguis purus cum dolore & punctionibus in dextro latere à iecore excernitur.

XLIX.

Sanguis in vrina groſſus & grumoſus cum fætore & doloribus ſecundum genitalia à veſica prodiit.

L.

Sanguis grumoſus fundum petens, menſtruum mulierum denotat.

LI.

Si quis ſanguinem aut pus minxerit, aut ſquamulas, & grauis dolor adſit, præſertim cum vrina alba ad liuidam inclinante, veſicæ exulcerationem ſignificat. Sicut enim inſua-

inſuauis odor putrefactionem denotat, ita etiam ſquamulæ locum demonſtrant.

LVI.

Si pus eſt rubeũ, ſignificat morbum adhuc eſſe in renibus, ſin vero album, tunc eſt in veſica, & loci exulcerationem docet.

LVII.

Sanies loci putrefactionem indicat.

LVIII.

Reſtrictio eſt quando vrina reſtringitur.

LIX.

Hactenus accidentia: ſigna aut ſunt extranea aut ab experientia.

LX.

Signa extranea ſunt, emiſſio inuoluntaria & ardor guttatus.

LXI.

Emiſſio inuoluntaria, eſt cum quiſpiam vrinam emittit, nec ſentit, & eſt ſignum tartari poros pe-

netrantis,nec recta aut conuenienti via veſicam intrantis.

LXII.

Ardor guttatus eſt, cum quis guttatim mingit & eſt nota tartari acuti. Hæc vrina ſi alba fuerit,tartarus tendit ad calculum,ſi rubea, ad gradines.

LXIII.

Ab experientia eſt,quando vrina ſana apparet,nec quicquam in ea deprehenditur, & tamen æger nihilominus tartarum ſentit. Illud itaq; experientia eſt inquirendum, idque per ſpiritum, aut per ſalem inueſtigatur.

LXIV.

Si per ſpiritum, vrina eſt deſtillanda,& quod ex deſtillatione prouenit, in frigidam ponito, ac cum in fundo Cryſtallos inſtar ſalis petræ ſubito aſcendentes proiecerit, ſignum euidens mali eſt.

LXV.

Si per ſal vis experiri, ſeponito v-

rinam per tres aut quatuor dies,& tartarus matulæ instar salis petræ vndique adhærescet, aliquando albus, aliquando rubeus. Hæc duo per experientiam conquisita signa incurabilem morbum, nisi arena aut mucilago, aut aliud ex superiobus signis simul concurrerit, indicant.

CAP. IV.

De vrina tremula.

I.

HActenus de vrina alcolita, tremula sequitur.

II.

Vrina tremula est, quando vrina ascendendo descendendoque feruere seu bullire cernitur, & oppilationem significat.

III.

Vrina diaphana pallida significat oppilationem stomachi.

VIII.

Vrina tartari eſt congelata vel reſoluta.

IX.

Congelata, eſt quæ in membris nutritioni deſtinatis congelatum tartarum demonſtrat.

X.

Eſtque Alcolita vel Tremula.

XI.

Vrina Alcolita, eſt quando tartarus in partes minutas diſſolutus exit, quod multipliciter fit. Aliquando exeunt cum vrina granula alba, aliquando vſnea apparet, ſicuti in matulis arena fundo adhærens cernitur.

XII.

Aliquando nihil conſpici poteſt, at ſi per aliquot horas matulam ſepoſueris, donec vrina refrigeſcat, adhærere matulæ vſneam aut pruinam videbis.

XIII.

Alcola autem hæc occultata apparent

 152

parent fibræ albæ inſtar conciſæ lanæ. Nonnunquam illa alcola in liquorem mucilaginoſum reſoluitur,& vrina in fundo ſpiſſa eſt, quæ omnium peſſima eſt,& præſentiſſimum calculi in veſica ſignum eſſe dicitur.

XIV.

Quia vero membrorum concoctioni deſtinatorum morbos hinc inde inquirere conuenit, ſciendum eſt, hypoſtaſin indicare tartarum Stomachi, diuulſionem Epatis, Sedimen vero Renum.

XV.

Diuulſio, eſt quando hypoſtaſis inſtar nebularum eſt diuulſa ac diuerſa.

XVI.

Sedimen eſt, cum ſpiſſa nubes aut nebula in fundo reſidet.

XVII.

Si Hypoſtaſis eſt poroſa, huncq; locum occupat, illum vero minus, nec non in foraminibus aut poris

alcola cernitur, eſt ſignum tartari in ſtomacho, & poterit indicium eſſe arſuræ ſtomachi, orexis, aut compreſſionis thoracis in furcula pectorali, cum ſuis ſymptomatibus.

XVIII.

Si hypoſtaſis fuerit rubicundior vrina, vehementes ſtomachi dolores decernit.

XIX.

Si hypoſtaſis ſuperiorem vrinæ locum obtinuerit, non mediocrem capitis dolorem adeſſe ſignificabit.

XX.

Quando autem ceciderit fruſtulatim divulſa ac foraminoſa, eſt ſignum tartari in hepate, inde compunctiones in latere dextro, & hæc diuulſio rubea acutiorem morbum deſignat, & ægros frigidiores habere manus oſtendit.

XXI.

Quod ſi diuulſio fundum verſus

ſus reſidet, ſignificat tartarum in inferioribus hepatis partibus infra coſtas.

XXII.

Sedimen cum fundo reſidens oſtendit tartarum in renibus præcedere. Illo autem rubeo exiſtente, morbus eſt acutior.

XXIII.

Vrina cum ſedimine nebuloſo rubea ſignificat pruinam aut vſneam in renibus, in fœmoribus dolores mouentem.

XXIV.

Si arena cum ſedimine apparet, vitium ſtomachi, & in furcula pectorali compreſſiones indicantur.

XXV.

Sin grandines aut pruinam refert, ſemper in renibus erit, & eſt generatio marmoris rubei.

XXVI.

In alcola tamen inprimis conſideranda ſunt qualitates, accidentia & ſigna.

Qua-

XXVII.

Qualitas eſt triplex, reſoluta, arenoſa, & mucilaginoſa.

XXVIII.

Reſoluta alcolæ qualitas, eſt, cum tartarus prorſus occultatur, nec vllum ſuperiorum ſignorum emittit, ſed reſolutus ab vrina ſeparatur, diſcretusque ſupra alium ſignificatur.

XXIX.

Hæc reſolutæ alcolæ qualitas alba, lactea vt ſerum lactis, & aquea ſignificat calculum ex lapillis & generationem lapidis.

XXX.

Rubea, ſubrubea, aurea, crocea, tincta docet arenam & marmor.

XXXI.

In quorum vrinis veluti arenulæ conſiſtunt, iis veſica ex calculo laborat.

XXXII.

Arena alba vt farina furfurea, ſignificat calculum ex lapillis cum

bolo

153 Bis

bolo Rubea vero citrinaque qualitatem materiæ ſicuti apparet, oſtendit, aliquando etiam ab vlcere & ſcabie veſicæ prouenit.

XXXIII.

Alba vrina cum arena alba, lapidem veſicæ denotat.

XXXIV.

Vrina rubea cum arena rubea, ſignum lapidis rubei in renibus.

XXXV.

Si vrina arenoſa habet ſedimen, ſignum eſt futurorum grandinum.

XXXVI.

Quibus cum vrina ſpiſſa carunculæ paruæ, aut veluti capilli exeunt, præſertim ſi rubeæ, nulla præſente febre iis à renibus ſecernitur, & ſignificat renum obſtructionem & inde ortam inflammationem, à mucilaginoſo tartaro, ſicuti fit in ſtranguria, diſſuria atque in iſtius lateris pede, in cuius rene iſtud malum eſt, aliquo modo ſentitur.

Si

XXXVII.

Si cum eiuſmodi vrina purulenta quædam materia excernitur, renum aut veſicæ exulcerationem idque pro materiæ colore demonſtrat.

XXXIX.

Oſtendit etiam nonnunquam ſemen poſt Venereū actum prodiiſſe, aut exulceratam gonorrhæam. Sed in mulierum vrinis menſtruum album, vel impuram matricem denotat.

XL.

Quibus cum vrina ſpiſſa furfurea quædam ſimul exeunt [ſubintellige cum quadam pinguedine vrinis ſupernatante] iis veſica ſcabie laborat. Quibus autem eiuſmodi vrina cum febri procedit, iis febris in profundis vaſis infixa & periculoſa eſt.

XLI.

Hæc de qualitate arenoſa: Mucilaginoſa, eſt cum mucilago quædam in vrina reperitur.

154

XLI.

Mucilaginoſa, bituminoſa, viſcoſa, tartarum non ſatis confectum eſſe docet.

XLII.

Si ea fuerit alba, ſignum eſt vehementis lapidis.

XLIII.

Arena cum mucilagine, plurium lapidum ſignum eſt, & quamuis mucus ille non ſit lapis, lapidis tamen indicium eſt.

XLIV.

Si mucilaginoſa fuerit aurea, ex ſpermate prouenit.

XLV.

Hucuſque qualitates: Accidentia alcolæ, ſunt ſanguis, pus, ſanies, & reſtrictio.

XLVI.

Quicumque ſponte ſanguinem mingunt, vt vrina aquam tingere poſſit, iis à renibus venula rupta ſignificatur. Venulam hanc tartarus aperuit, & tum ſine dolo-

re

cernitur, quæ aliquando rurſus per ſe ipſum conſolidatur, aliquando iterum aperitur.

XLVII.

Quod ſi fruſtulatim exit, ſignũ eſt ſanguinis coagulati, qui multoties hominem interimit.

XLVIII.

Sanguis purus cum dolore & punctionibus in dextro latere à iecore excernitur.

XLIX.

Sanguis in vrina groſſus & grumoſus cum fætore & doloribus ſecundùm genitalia à veſica prodiit.

L.

Sanguis grumoſus fundum petens, menſtruum mulierum denotat.

LI.

Si quis ſanguinem aut pus minxerit, aut ſquamulas, & grauis dolor adſit, præſertim cum vrina alba ad liuidam inclinante, veſicæ exulcerationem ſignificat. Sicut enim

insuauis odor putrefactionem denotat, ita etiam squamulæ locum demonstrant.

LVI.

Si pus est rubeũ, significat morbum adhuc esse in renibus, sin vero album, tunc est in vesica, & loci exulcerationem docet.

LVII.

Sanies loci putrefactionem indicat.

LVIII.

Restrictio est quando vrina restringitur.

LIX.

Hactenus accidentia: signa aut sunt extranea aut ab experientia.

LX.

Signa extranea sunt, emissio inuoluntaria & ardor guttatus.

LXI.

Emissio inuoluntaria, est cum quispiam vrinam emittit, nec sentit, & est signum tartari poros pe-

rinam per tres aut quatuor dies,& tartarus matulæ instar salis petræ vndique adhærescet, aliquando albus, aliquando rubeus. Hæc duo per experientiam conquisita signa incurabilem morbum, nisi arena aut mucilago, aut aliud ex superiobus signis simul concurrerit, indicant.

CAP. IV.

De vrina tremula.

I.

HActenus de vrina alcolita, tremula sequitur.

II.

Vrina tremula est, quando vrina ascendendo descendendoque feruere seu bullire cernitur, & oppilationem significat.

III.

Vrina diaphana pallida significat oppilationem stomachi.

IV.

Vrina citrina diaphana, punctu-ras in meſaraicis notat.

V.

Vrina rubea, eſt Epatis; crocea, renum; in fundo vero caloris indicium eſt.

VI.

Vrina pallida cum ſpuma ſignũ paroxyſmi febrilis. Rubea quoque cum ſpuma, ſignificat febrim, ſic etiam crocea pro diuerſitate loci.

VII.

Si circulus clarus eſt, & ſpuma caret, vtplurimum deſignat peſtem.

VIII.

Si turbida fuerit cum ſpuma & ſedimento caret, pleureſin notat, vel aliud epatis apoſtema ſi rubea etiam fuerit.

IX.

Vrina rubea in modum roſæ, plerumque Ephemeræ ſignum eſt.

157

X.

Vrina rubea ſpiſſa præter contentum, mortem indicat.

XI.

Vrina rubea vel crocea modica & ſpiſſa, euidens hydropiſis ſignum eſt.

XII.

Vrina multa crocea & rubicundiſſima, ita vt impoſitum & rurſus exiccatum pannum croceo colore tingat, diabeten demonſtrat.

XIII.

Vrina pauca crocea non tingens impoſitum pannum, quotidianæ febris renum nota eſt.

XIV.

Vrina multa & aquea crudam hypoſtaſin habens, hydropen aut anaſarcam indicat.

XV.

Si vrina intra ſeptem, nouem vel quindecim dies non alteratur, ſed eadem manet, ſignum eſt morbi chronici.

XVI.

Vrina bona, clara, diaphana, ſpadix eſt ſignum mortis, & ſi ei acceſſerit fœtor, mors prꝗſentiſſima portenditur: ſin vero poroſa fuerit, ſalutis & vitæ indicium eſt.

XVII.

Vrina æqualis, hoc eſt, hypoſtaſin ꝗqua lance libratam habens oppilationem in regionibus ſtomachi eſſe docet.

XVIII.

Quibus adhuc febricitantibus vrinæ ſunt ſpiſſæ, grumoſæ, paucæ, multitudo earum lucida ſuperueniens, iuuat; præcipue autem tales fiunt, quibus ab initio vel non ita multo poſt ſedimen ineſt.

XIX.

Vrina diaphana contentis, hypoſtaſi & aliis ſignis deſtituta, aut ceruſea diaphana obſtructionem hepatis demonſtrat.

XX.

Vrina perrubea lucida renum obſtructionem indicat.

158

CAP. V.

De Tartarea resoluta.

I.

HÆc de tartarea vrina cõgelata; Resoluta, est quando tartarus in membris principaliotibus resolutus putrescit, vrinamque fœtentem facit, & à fœtore ista vrina scatea appellatur. Ex hac morbi è putrefactione nati cognoscuntur.

II.

Scatea vrina cognoscitur odore & sapore.

III.

Vt autem duplex est putrefactio, nutrimenti nimirum, & corporis nutriendi, ita & duplex fœtor est.

IV.

Vrina igitur fœtens alba nutrimenti putrefactionem designat; aliis autem tincta coloribus & fœtens, corporis putrefactionem ostendit.

V.

Si pallida, non tamen lactea, fœtet, est putrefactio stomachi, & spiritus fœtet: si rubea, Epatis; sin vero crocea, renum.

VI.

Quando turbida, hoc est nullum verum colorem habens, extiterit, putrefactio in tribus his membris simul erit.

VII.

Vrina fœtens sine hypostasi, est ventriculi; corrupta, hepatis; turbida & spissa, renum.

VIII.

Vrina fætens stomachi cum colore rubeo, significat febres stomachi.

IX.

Eadem cum colore albo, malam digestionem & separationem indicat.

X.

Vrina corrupta fætens cum colore albo, monstrat hepatis putrefactio-

factionem; sed cum rubeo colore, febrem.

XI.

Vrina spissa alba significat renum frigiditatem, rubea autem dolores renum indicat cum febri.

XII.

Vrina fœtens nigra pulmonis & pectoris inflammationem ac plerumque mortem adesse docet.

XIII.

Atomi rubei aut albi cum graui odore apparentes totius corporis putrefactionem, aut morbum Gallicum significant.

XIV.

Nullus omnino vrinæ odor, sulphuris & innati caloris defectum, mortalemque frigiditatem in acutis morbis arguit.

XV.

Ad odorem quod attinet, consistit iste in sulphure, mercurio, & sale.

XVI.

Odores ſulphuris ſunt tres: picis, olei, & ſulphuris vulgaris, eorumque materia peccans eſt ſulphur.

XVII.

Odor picis, eſt cum pix ſutoria comburitur ſuper carbones. Oleum, cum proieceris in ignem, fætorem percipies. Sulphuris odor ab incenſo ſulphure dicitur: Atq; his febres indicantur.

XVIII.

Mercurii odores ſunt: odor ireos, carnis ſeu iuris carnium & herbarum; ſiue cum introducitur fœnum, horumq; materia peccans eſt Mercurius, & ſunt ſignum lepræ.

XIX.

Odores ſalis ſunt; crudi ſalis, arſenici, ſeu cæparum, & ſpirituum. Dicuntur hi odores à ſimili, vt ſi ſalem, arſenicum, vitriolumuè ſuper prunas proieceris, qualem ſaporem

aut

aut fætorem animaduerteris, talem in vrina iudicabis.

XX.

Ex ſapore materia morbi cognoſcitur. Qualis enim ſapor, talis materia peccans.

CAP. VI.

De vrina rubini.

I.

HActenus de vrina externa tartari locuti ſumus, reſtat vt ad rubini vrinam deſcendamus.

II.

Rubinum, eſt id quod membris nutrimentum præbet, digeſtum ſcilicet à ſtomacho ad hepar transmiſſum; à colore rubicundo ſic nominata.

III.

Vrina rubini, eſt fecula aut formula.

IV.

Fecula à fecibus dicta, eſt quando vrina corrumpitur, & ſignificat virtutis attractiuæ defectum.

V.

Si vrina ante quinque horas corrumpitur, phthyſeos & hecticæ ſignum eſt.

VI.

Formula, à forma quæ dicitur, nutrimenti, eſt quando vrina eſt ogra, aut rubea ſimilis carni, & decernit digeſtiuæ & attractiuæ virtutis intermiſſionem, quod videlicet chylum indigeſtum ad veſicam tranſmittit, & ſignificat dyſenteriam aut diarrhæam.

C A P. VII.

De vrinæ internæ coloribus.

I.

HActenus de vrina externa; interna ſequitur.

II.

Vrina interna eſt, quando circulus coloratior quodam modo ad rubedinem tendit.

III.

Ex hac vrina grauiſſimi morbi, adeo-

adeoq; omnium membrorum [exceptis ſtomacho, qui externa cognoſcitur, & corde quod ex pulſu iudicatur] atque inprimis iſti qui ab ipſa natura proueniunt, dignoſci & iudicari poſſunt.

IV.

Eſtque & hoc albo [vt aiunt] calculo notandum, quod ex huius vrinæ circulo ſolummodo de capitis dolore [niſi ab aliis inferioribus membris ſymptomatice trahatur] quippiam certi pronunciari poſſit, ex reliquarum autem circulis minus cum iſti nihil aliud, quam vrinæ differentiam, hoc eſt, an ſit externa nec ne doceant.

V.

In vrina interna [quam Theophraſtus Paracelſus etiam vrinam cruoris appellat] tria conſideranda veniunt, color ſubſtantia, & contentum.

VI.

Ex colore iudicatur membrum ægrum; ex ſubſtantia morbi quali-

tas, quandiu nimirum iste sit duraturus, & an periculo sit expositus nec ne; ex contento morbus ipse. Quocirca hæc tria accurate consideranda & perpendenda sunt. Exactissimam etenim morborũ signaturam repræsentant & exprimunt.

VII.

Vt autem felicius hoc in negotio progrediamur, priusquam de morbi qualitate, ipsumq; morbum indicantibus agemus, quomodo membra ægra coloribus discernantur & cognoscantur præmittere nobis commode visum est.

VIII.

Dependet autem in hac vrina color vel à partibus, vel ab excrementis.

IX.

A partibus dependet vel dissimilaribus, vel similaribus.

X.

Partium dissimilariũ color proprius, est sex principalium mem-

brorum, cerebri, pulmonis, fellis, Epatis, ſplenis & renum.

XI.

Cerebri color eſt albus, non tamen lacteus, ſpumam habens vitream, cerebrique morbi inde dignoſcuntur.

XII.

Pulmonis vrina eſt vinea[à vino nigriore, veluti colore hepatis, dicta]cum ſpuma. Atque vſque adeo in peius ſe prodit hæc vrina, quantum à colore ſubrubeo diſcedit ad rubeum; ad ſubrubeum vero inclinans minus periculoſum denotat morbum.

XIII.

Fellis vrina colorem flauum vel album viridem reflexionem referentem, cum ſpuma vrinæ ſimili in medium producit.

XIV.

Hepar colorem vineum ſine ſpuma ſibi vendicat.

XV.

Splenis vrinam designans color, est spadix cum modica spuma secundum circulum, & certo dolorem in sinistro latere demonstrat.

XVI.

Renes producunt vrinam Epati similem, sed magis diaphanũ quam pulmonis, cum innatante quadam pinguedine.

XVII.

Hæc de partium dissimilarium coloribus: sequuntur septem partium similarium, vtpote, carnis, pinguedinis, ligamentorum, intestinorum, cartilaginis, cutis & sanguinis.

XVIII.

Carnis color est similis loturæ carnium, & phthysin vniuersalem, sine alicuius particularis membri dolore significat.

XIX.

Sed dolor qui à pinguedine deriuatur est pallidus cum pinguedine,

ne,& circa vmbilicum punctiones ventris ; qualis in passione cholica accidunt,denotat.

XX.

Ligamentorum vrina affert colorem album diaphanum cum spuma cerebri lucidiore,& albo circulo iuncta. Hæc vrina vt rara est,ita verissime podagram , Chyragram vel sciaticam significat.

XXI.

Intestinorum vrina est pellucidæ aquæ distillatæ similis cum modica in medio natante spuma;& designat iliacam cholicamve passionem; sicuti etiam dysenteriam, lienteriam, diarrhæam & alios intestinorum morbos demonstrat.

XXII.

Cartilago & vesicæ referunt vrinam magnis diuq; durantibus ampullis liuidam.

XXIII.

Eiusmodi vrina sine spuma cutis est;quæ plerumq;lepram significat.

XXIV.

Color lateritius, cæruleus, viridis aut niger, in ſuperiore vrina clarus, in inferiore autem ſpiſſior à ſanguine dependet. Hæc ob plagas & verbera frequentior apparet, magnamque ſanguinis mortificationem oſtendit.

XXV.

Partium coloribus hucuſq; demonſtratis, excrementorum deinceps explicabuntur, quæ ſunt: Mucus, ſudor, excrementum aurium, lachrymæ, ſtercus, & vrina per ſe.

XXVI.

Mucus habet colorem album cum mucilagine in fundo, & cerebri vitia declarat.

XXVII.

Vrina tenuis cum circulo latò & aqueo ſignificat ſudorem in cruorem conuerſum eſſe.

XXVIII.

Minutiſſimæ portiunculæ luteæ vel atomi vrinæ innatantes, docent

aurium excrementum per vrinæ meatum deſcendiſſe, & vrgentes aurium dolores oſtendit, ſicuti etiam capitis.

XXIX.

Cerebri vrinæ color cum minutiſſimis bullis, lachrymas deſcendiſſe notat.

XXX.

Color rubeus cũ modica ſpuma alba, eſt ſtercoris, & lapillũ inteſtinorũ vẽtrisq; cõſtipationẽ indicat.

XXXI.

Color ſubalbus, hoc eſt, quando vrina aliquandiu ſepoſita corrumpitur, & decoloratur, eſt vrinæ per ſe non ſanæ.

CAP. VIII.

De vrinæ ſubſtantia.

I.

HVcuſque de colore egimus; ſequitur de ſubſtantia.

II.

Dicitur autem ſubſtantia tota vrina hypoſtaſi & ſedimine carens.

III.

Vrinæ ſubſtantia eſt ſpiſſa, lucida & diaphana.

IV.

Spiſſa [vulgo craſſa] eſt quam oculorum acies non penetrat, cuiuscunque ſit coloris, & pugnam naturæ cum materia peccante plerumque indicat, quando videlicet craſſiſſima eſt; nam prauorum humorum permiſtionem arguit, aut natiui caloris oppreſſionem, vnde aut dolor, aut diuturnitas morbi, aut praui abſceſſus aut relapſus. Vrina autem mediocriter ſpiſſa: ſalutarem criſin perpetuo pollicetur, quia natiui caloris robur oſtendit, vnde criſis celeritas & ſecuritas.

V.

Quæ vrinæ claræ minguntur, & poſtea turbantur, indicant coctionis primum impendere rudimentum.

VI.

Quæ vrinæ craſſæ minguntur, &

poſtea

poſtea lucidæ fiunt, naturæ victoriam demonſtrant, & tantillum flatulenti ſpecies ſupereſſe.

VII.

Quæ vrinę perturbatæ minguntur & perturbatæ vrinis iumentorum ſimiles remanent, maximam humorum in venis agitationem, ac naturæ cum morbo ambiguum certamen denunciant: Et ſecundum Hippocratem, capitis dolorem, delirium, conuulſionem ac mortem prædicunt.

VIII.

Lucida (tenuis) eſt per quam manus cernuntur: & nonnunquam magnam debilitatē virtutis arguit, atque eo magis, quo cum colorib. malignioribus inſpectatur. In nonnullis etiam affectibus, Natiui caloris robur & ſpirituum per vniuerſum vrinæ corpus æqualiter diffuſorum copiam arguit.

IX.

Diaphana eſt, quæ tota eſt pel-

XIII.

Vrina in febribus lucida, & vix ſedimentum tum quæ in melius habens modo in peius mutatur turnitatem morbi ſignificat.

XIV.

Vt autem ſatius vrinę ſubſtantiã pertractemus, eam explicabimus ſecũdum membra. Proinde ſi pulmonis, hepatis & renum vrina ſpiſſa eſt, eorundem ſanitatem arguit: ſin autem lucida haud bonum augurium eſt; ſed diaphana ad mortem comitatur.

XV.

Cerebri & ſplenis vrina ſpiſſa, mediocris fortunæ eſt; lucida autem bonæ; at mediocris optimæ, quæ videlicet extra omne naturæ diſcrimen aut detrimentũ verſatur.

XVI.

Fellis vrina ſpiſſa mortem indicat; quæ ſi fuerit lucida, morbus erit ſanabilis; diaphana vero bona eſt.

XVI.

Cartilaginis, intestinorum, ligamentorum, & cutis vrina spissa bona est, sed lucida periculo exponitur, quia æger totus à medici peritia pendet: diaphana vero propendet ad crisin, hoc est, eodem die æger, quo crisis est, moritur.

XVII.

Carnis pinguedinis, & sanguinis vrina spissa tendit ad morbũ chronicum: lucida fortunam in vtrumque paratam ostendit, siue illa ad vitam, siue ad mortem faciat: diaphana autem incurabilem arguit valetudinem.

XVIII.

Muci seu phlegmatis & lachrymarum vrina, sicuti etiam sudoris atque vrina si spissa fuerit, mala est: sin lucida optima, quæ etiam sine omni adhibito medicamento ad pristinam sanitatem reducitur: diaphana vero approximantis salutis signum est.

XIII.

Excrementi aurium & ſtercoris vrina ſpiſſa, critica eſt: lucida interualli, quæ non ſtatim criticat, ſed criticus dies produci poteſt: diaphana, ſanitatis.

CAP. IX.

De contentis.

HÆc de vrinæ ſubſtantia: reſtat vt ad eius contenta enucleanda progrediamur.

II.

Contentum in vrina, eſt omne id quod craſſius & corpulentius in vrina exiſtit, id in ſuperficie vrinæ cernitur, vt circulus, ſpuma & bulla, ſiue in vrina latitet, vt ſedimentum nebulæ, & ἐναιώρημα.

III.

Oritur autem circulus ex ſulphure, ſpuma ex mercurio, bulla ex ſale. Idcirco & eorundem morbi inde ſunt cognoſcendi.

IV.

Sed ſpuma & bulla differunt, ſpuma ſiquidem vndique vitro adhæret, bullæ vero nonnullæ in ſuperficie vrinæ ſunt, neque vitrum vlla parte attingunt.

V.

Diſcolor circulus in modũ iridis nota eſt morbi caduci grauiſſimi.

VI.

Circulus venetus, vel niger morbum caducum, aut cerebri mortificationem ſignificat.

VII.

Circulus liuidus aliquot poſt dies rubeus', animalis facultatis deperditæ reſtaurationem indicat.

VIII.

Circulus exterior viridis exiſtẽs, ſignificat ićteritiam mortalem.

IX.

Viridis circulus in matricis ſuffocatione prognoſis mortis eſt.

X.

In febribus eiuſmodi vrinę acutis

tis phrenesin aut capitis inflammationem indicat.

XI.

Circulus croceus capitis dolorem ob sulphuris excessum demõstrat.

XII.

Aqueus circulus & albus phlegmatis in syncipite abundantiam arguit.

XIII.

Subrubeus aut purpureus circulus sanguinis in capite abundãtiam multum secundum tempora dolorem gignentem, venarumq; impletionem designat, vt etiam æger atomos ante oculos volitare putet.

XIV.

Circulus lucidus spiceus dolorem in sinistra capitis regione ex melancholico humore oriundum demonstrat.

XV.

Circulus cælestini coloris, vt sæpe accidit, est mulieribus proprius, & ar-

& arguit putrefactionem in matrice ad lepram tendentem.

XVI.

In vinea aut passea vrina spumeus circulus albus aut albicans, abundantiam humorum ostendit.

XVII.

Circulus dimidiatus, in alterutro latere paralysin annunciat.

XVIII.

Circulus cum vrina spissiore maxime spissus, rubeusque aut laterini coloris, lethargiam præsentem aut appropinquantem denotat.

XIX.

Si vero clarus & vrina circulo spissior fuerit, hydropisis signum est.

XX.

Si omnia contenta euanescunt, & in aqueum circulum resoluuntur, hyposarcham adesse declarant.

XXI.

Vrina pulchra subrubea, cum duplici circulo, fuluo videlicet & flauo

flauo, ſymphytam ſtrictã monſtrat.

XXII.

Alcola in circulo, morbum chronicum denotat.

XXIII.

Hæc ſi in mulierum vrinis contingit, ſignum eſt imprægnationis, aut molæ matricis.

XXIV.

Circulus ſpumeus tribus digitis latis à vitro diſtans, mulierum eſt eſt vterum gerentium.

XXV.

Hic articulus ſi fuerit coloratus, haud boni partus, matricisque deficientis indicium eſt.

XXVI.

Circulus tremulus eſt prognoſis apoplexiæ.

XXVII.

Pręterea, in ſpuma ſi fuerint granula alba & parua, paralyſis ſignificatur: quanto autem minora fuerint, tanto veraciores nuncii erunt.

XXVIII.

Si autem granula iſta ſub vrinæ circulum deſcendunt, paralyſin ad caſum reſolutam, aut caſum iam factum indicant.

XXIX.

Si ſpuma non abit, ſed diu ſupra vrinam conſiſtit, vitium pulmonis ex phlegmate in cannis eius ſito indicatur.

XXX.

Spuma, quæ ex ſe circulum, ſupra circulum, cumque interius album efficit, deſignat apoplexiam.

XXXI.

Si ſpuma ex maioribus ampullis conſtituta fuerit, eſt ſignum corporis plethorici, quamuis eiusmodi vrinam reddens nulli morbo ſit obnoxius.

XXXII.

Spuma flaua vel viridis principium icteritiæ notat.

XXXIII.

Si ſpuma caua iacet & vitro adhæret, nec tamen circulum attin-

git, circulusque ſub ſpuma alba fuerit niger, ſignum mortis eſt.

XXXIV.

Spuma nigra diſperſa, ſignum eſt icteritiæ nigræ.

XXXV.

Si ſpuma ob grauitatem fundum petit, & ibi reſidet, tremorem cordis aut incubum notat.

XXXVI.

Bullæ in vrina indicant morbos ex ſalibus oriundos, atq; ex iis ventoſitates iudicamus.

XXXVII.

Bullæ albæ in virorum vrinis principium colicæ indicant.

XXXVIII.

Hæ in muliebri vrina, ſuffocationem aut præcipitationem matricis portendunt.

XXXIX.

Bullæ in vrina lucida & hypoſtaſi priuata, renum oppilationem indicant; Et ſi quas verſus mediam vrinæ ſuperficiem pendere viderimus

mus eæ affectionis ostendunt remissionem.

XL.

Bullæ virides morbum caducum denotant.

XLI.

Bullæ rubeæ, sinocham febrem, aut causonem demonstrant.

XLII.

Bullæ flauæ sunt icteritiæ nota.

XLIII.

Ceruleæ Bullæ lepram adesse docent.

XLIV.

Bullæ inuicem ascendentes morbum in capite fixum nec ad alia membra descendētem monstrant.

XLV.

Quod si bullæ simul cum spuma fuerint, phthyseos signum.

XLVI.

Circulus, spuma ac bulla eiusdem coloris, morbum fere incurabilem & Chronicum ostendunt.

Quan-

XLVII.

Quando in vrina ſana hæc tria conglutinantur, vitium eſt in præcordiis.

XLVIII.

Iam ad reliqua perueniamus: Sedimentum (quod Medici plerunq; hypoſtaſin vocant) ſi in vrinis hiſce appareat celerem criſin demõſtrat, eſtq; certiſſimum futuræ criſeos ſignum ſi laudabilis, ad ſalutem, ad mortem vero ſi praua fuerit.

XLIX

Laudabile ſedimentum debet eſſe album, leue, æquale, & moderate, craſſum. Albedo ſolidarum partium arguit robur; leuitas atque æqualitas vim natiui caloris indicat, moderata craſſities vero caloris robur denunciat.

L.

Quocunq; morbi die laudabile ſedimentum apparet, perpetuo ſalutare & expetendum venit.

LI.

Vrina bonum ſedimentum habens & derepente non habens laborem & mutationem ſignificat: Quia hæc inæqualitas aut materiæ arguit inæqualitatem, cuius portio coquitur, portio propter malignitatem & contumaciam coctionem præterfugit, aut natiui caloris imbecillitatem.

LII.

Nigrum ſedimentum, morbum quidem ſalutarem, ſed paulo diuturniorem denunciat.

LIII.

Nigrum (cum acutis febribus) ſedimentum vel maximum incendium denotat, vel caloris natiui extinctionem.

LIV.

Nigrum ſedimentum ſine febre vel in febribus erraticis, denunciat quartanam & plerunque eius indicium eſſe ſolet.

LV.

Pulſaceum ſedimentum proue-

nit à carnoſarum partium colliquatione,& perpetuo eſt lethale; Si vero ab ingenti calore, (vt quandoq; ſolet) ſanguinem perurente,longitudinem morbi prænunciat.

LVI.

Orobeum ſedimen (quod ab orobo ſeu eruo deglubro nomen accepit) in vrinis apparens, carnem, pingui iam conſumpto, imminui demonſtrat. Significat enim in iis, qui toto corpore febriunt,vniuerſi corporis colliquationem &c.

LVI.

Si autē eiuſmodi orobeū ſed. &c.

LVII.

Lamineum ſedimen, (quod laminarum inſtar latum)&c.

LVIII.

Sedimentum furfuraceum, &c.

LIX.

Araneæ in vrina natantes cū febri, totius corporis labem denotāt.

LX.

Quorū vrina die quarto rubeam

habet nubeculam, illi die ſeptimo iudicantur.

LXI.

Vrinæ pingues ſolidarum corporis partium colliquationem denunciant, & vt plurimum ſunt lethales: quocirca Hippocrates eas peſtilentes appellare ſolet. Hæc de vrina ſimplici dicta ſufficiant, ad mixtam declarandam denique deſcendamus.

CAP. X.

De vrina mixta.

I.

VRina mixta, eſt quæ ex exteriore & interiore vrina compoſita duplicem circulum diuerſi coloris habet.

II.

Vrina mixta ſi fuerit viridis diaphana, dolor ſplenis indicatur periculoſus: quando autem nebulas aut tenebras habet, mortem prædicit, imo etiam in febribus acutis eiusmodi

iusmodi vrina mortem comitatur.

III.

Talis vrina viridis nonnunquam etiam quartanæ externæ ſignum eſt.

IV.

Viridis in nigrum mutata mortis eſt.

V.

Viridis vrina pueri ſpaſmum indicat.

VI.

Hominis de ſtomachi doloribus conquerentis vrina viridis, oſtendit venenum hauſtum eſſe.

VII.

Viridis cũ circulo viridi in phreneſi, mortem præſagit.

VIII.

Olei color vrina, hoc eſt, quę tota euidentem olei colorem refert, paulatim procedens, & multo tempore confirmata, ſignificat hecti-

ſa vitali virtute cũ paſſionis ſolutione mors irruat. In iuuenib. verò nõ adeo eiuſmodi vrina eſt metuenda.

XIII.

Si talis vrina ſpiſſa fuerit, ſignum eſt ſalutis, at diaphana mortem indicat.

XIV.

Si adfuerit ſpuma maxima, cum repletione morbus demonſtratur.

XV.

Monendum hic bullam & ſpumam ſuperiorem corporis partem, quæ videlicet ſupra diaphragma eſt, ſignificare.

XVI.

Bulla in vrina rubea, eſt ſignum conſumptæ partis ſuperioris.

XVII.

Vrina cum circulo alterius coloris, morbum ſecundum vmbilicum oſtendit.

XVIII.

Vrina rubea cum ſedimine albo menſtrui fluxum portendit.

XIX.

Vrina rubea cum ſedimine rubeo eiuſdem retentionem.

XX.

Quando ſedimentum in tali vrina neque album, neque rubeum eſt, ſciaticam denotat.

XXI.

Color rubeus in hydropiſi, eſt ſignum mortis.

XXII.

Rubea in ſciatica aliquandiu perſeuerans, apoſtema illic latitare docet.

XXIII.

Vrina prærubea initio morbi longitudinem arguit, in ſtatu vero mortem.

XXIV.

Rubea & turbida ſignificat apoſtema hepatis.

XXV.

Rubea in liuidam mutata, apoſtematis pectoris vel peripneumoniæ indicium eſt.

175

XXVI.

Rubea spissa, quæ mota vitrum colore croceo tingit, icteritiam significat.

XXVII.

Vrina neq; ad rubedinem, neq; ad albedinem prorsus declinans, certissimum signum mortis est.

XXVIII.

Si spuma aut nebula in eiusmodi vrinæ superficie fuerit, mortem annunciat.

XXIX.

Aurea vrina lucida, hypostasin perpaucam obscuram, aut nullam habens, sulphur vel à multorum acrium ciborum, vel medicamentorum acutorum, vel sanguinis feruore inflammatum indicat.

XXX.

Talis vrina crocea, sulphur ob mœtoris, curæ, vigiliarum, solis æstus, & eius generis causam æstuans demonstrat.

XXXV.

Alba vrina cum febre acuta & 176 continua, niſi ad hæmorrhagiam criticam aut dyſenteriam appareat, perpetuo lethalis, aut ſaltem periculo non vacat: quia vel ſummam natiui caloris imbecillitatem oſtendit, aut vniuerſi caloris ad caput translationem aut magnum Epatis incendium, quo ſanguis vna cum bile abſorbetur.

XXXVI.

Alba vrina cum circulo liuido obſtructionem cerebri & caducum oſtendit.

XXXVII.

Vrina paſſea (hoc eſt, cuius color magis quam in vinea eſt intenſus, maximeque ſimilis paſſo, quod ex vua nigra decocta, vel muſto ad tertias cocta, conficitur) ſummum ſulphuris inflammati feruorem indicat, dum autem paſſea permanens eſt, caducum demonſtrat.

XXXVIII.

Liuida vrina in phthyſi vel phreneſi mortis eſt.

76

XXXIX.

Liuida in parte ſuperiori, caducum vel alios capitis affectus oſtendit.

XL.

Vrina plane liuida, vel etiam ad nigredinem declinans mortis eſt.

XLI.

Vrinæ nigræ omnium peſſimæ ſunt, & lethales magis: quia aut maximum incendium omnia terrefaciens, perurens & quaſi in cineres vertens, aut natiui caloris extinctionem indicant.

XLII.

Nigra vrina nebuloſa, morbum ad mortem vergere indicat.

XLIII.

Hæc ſine nebula, apoſtema, idq; iampridem expulſum iri, demonſtrat.

XLIV.

Eadem in febribus acutis ſemper mala, & mortis nuncia eſt.

Nigra

XLV.

Nigra cum ſedimento nigro in acutis febribus capitis dolorem & rationis conturbationem oſtendit.

XLVI.

Nigra guttatim micta, mortis nuncia eſt.

XLVII.

Nigra à febris principio ad ſeptimum continuata, ægro ſalutem prædicit.

XLVIII.

Eadem in febribus, ægro prope caput, collum vel dorſum ſudante, inſtantem mortem arguit.

XLIX.

In quartanis febribus aut aliis chronicis, ſpleneticis ac melancholicis morbis nigrarum vrinarum liberalior profuſio futuram ſalutem indicat. Nam quæ permiſtione cuiuſdam atri humoris, vel ab epoto medicamento nigræ minguntur, ſalutares plerunq; eſſe ſolent & criticæ, tum in diuturnis, tum in acu-

non fuerit, ibi pustulas seu morbum gallicum certo portendi.

LV.

Si in vrina tota atomi apparuerint, in toto hominis corpore themma esse demonstrat. Sin vero in superiore vrina tantũ fuerint, superiores corporis partes rheumatizatas (vt ita dicam(indicat: at in media vrina, medium corpus, in inferiori autem inferiores corporis regiones rheumate affectas esse declarat.

LVI.

Eiusmodi etiam atomi matricem male affectam esse docent. Si tamen in mulierum vrina fundum petũt, ibique resident rubei, masculum conceptum esse declarant, albi autem fœmellam indicant.

LVII.

Puerorum hominum infirmorum, morbis acutis subiectorum, aut quorum morbus aliquando est remissior vel recidiuus, criticum demonstrãs diem vrina, mortis est.

Quan-

80

LVIII.

Quando in morbis grauiſſimis aut acutis vrina ad ſanam mutata fuerit, & tamen nihilominus æger decubuerit, mortem iam iam appropinquare docet.

LIX.

Vrina mulieris ſanæ albam nebulam in modũ bombacis optime carpti in hyeme habens, in æſtate vero coloris ſanguinei, vterum gerẽtem demonſtrat. Nonnulli etiam ipſis grauidarum mulierum vrinis imaginem quandam prope matulę fundum primis temporibus conſpexerunt. Sunt tamen eiusmodi vrinæ ſanis ſpiſſiores.

LX.

Atque hæc de vrinis in præſentiarum dicta ſufficiant, vnde quicquid homini proſperum aut aduerſum, ad valetudinem quod attinet, directe quaſi in ſpeculo deprehendere poteris.

FINIS.